FROM THE LIBRARY
OF WILLIAM MORRIS
KELMSCOTT HOUSE
HAMMERSMITH

30556/C

30556/C

57835

Personal Pronouns

Sing	1st Person.	2nd Person	3rd Person			4th Person	
			Sing. Neut.	Mase.	Fem	Mase	Fem
Nom.	ek	þú	Nom. sá	sú	sjá	hann	hún
Acc	mik	þik	Acc	sik		hann	hana
Dat.	mèr	þèr	Dat	sèr		honum	henni
Gen.	mín	þín	Gen	sín		hans	hennar
	Dual. Plur.	Dual. Plur.	Plural same as Sing. except that the Nom. is wanting				
Nom	vit vèr	þit þèr					
Acc.	okkr oss	ykkr yðr					
Dat.	okkr oss	ykkr yðr					
Gen.	okkar vor	ykkar yðar					

Possessive Pronouns

Sing.	Neut.	Mase.	Fem	Neut.	Mase	Fem
Nom.	sitt	sinn	sín	ockart	ockar	ockur
Acc	sitt	sinn	sína	ockart	ockan	ockra
Dat.	sínu	sínum	sinni	ockru	ockrum	ockarri
Gen	síns	síns	sinnar	ockars	ockars	ockanar
Plur.						
Nom	sín	sínir	sínar	ockur	ockir	ockrar
Acc.	sín	sína	sínar	ockur	ockra	ockrar
Dat	sínum	sínum	sínum	ockrum	ockrum	ockrum
Gen.	sinna	sinna	sinna	ockarra	ockarra	ockarra.
	So: mitt, þitt, & eitt.			So: vort, yckart, yðart.		

Indefinite Pronouns

Neut.	Mase.	Fem
annat	annar	önnur
annat	annan	aðra
öðru	öðrum	annarri
annars	annars	annarrar
önnur	aðrir	aðrar
önnur	aðra	aðrar
öðrum	öðrum	öðrum
annarra	annara	annarra.

Demonstrative Pronouns

Sing.	Neut	Mase	Fem	Neut	Mase	Fem.	Neut.	Mase.	Fem.
Nom	þat	sá	sú	þetta	þessi	þessi	ecki	eingi	eingi
Acc.	þat	þann	þá	þetta	þenna	þessa	ecki	eingan	einga
Dat.	því	þeim	þeirri	þessu	þessum	þessari	eingu	eingum	eingri
Gen.	þess	þess	þeinar	þessa	þessa	þessarar	einskis	einskis	eingrar
Plur.									
Nom.	þau	þeir	þær	þessi	þessir	þessar	eingi	eingir	eingar
Acc.	þau	þá	þær	þessi	þessa	þessar	eingi	einga	eingar
Dat	þeim	þeim	þeim	þessum	þessum	þessum	eingum	eingum	eingum
Gen.	þeirra	þeirra	þeirra	þessara	þessara	þessara	eingra	eingra	eingra.

Relative and Interrogative Pronouns.

Sing.	Neut.	Mase	Fem	Neut.	Mase.	Fem.
Nom	hvort	hvor	hvor	hvert	hver	hver
Acc.	hvort	hvorn	hvora	hvert	hverjan	hverja
Dat.	hvoru	hvorum	hvorri	hverju	hverjum	hverri
Gen.	hvors	hvors	hvorrar	hvers	hvers	hverrar
Plur.						
Nom	hvor	hvorir	hvorar	hver	hverir	hverjar
Acc.	hvor	hvora	hvorar	hver	hverja	hverjar
Dat.	hvorum	hvorum	hvorum	hverjum	hverjum	hverjum
Gen.	hvorra	hvorra	hvorra	hverra	hverra	hverra

Numerals

	Neut	Mase	Fem.	Neut.	Mase.	Fem.	Neut	Mase	Fem.	Neut.	Mase.	Fem.
Nom	tvö	tveir	tvær	bæði	báðir	báðar	þrjú	þrír	þrjár	fjögur	fjórir	fjórar
Acc.	tvö	tvo. tvâ	tvær	bæði	báða	báðar	þrjú	þrjá	þrjár	fjögur	fjóra	fjórar
Dat		tveim			báðum			þrim			fjórum	
Gen.		tveggja			beggja			þriggja			fjögra	

Digitized by the Internet Archive
in 2017 with funding from
Wellcome Library

https://archive.org/details/b28762915

ANTIQUITATES
CELTO-SCANDICÆ;

SIVE

SERIES RERUM GESTARUM

INTER

NATIONES *BRITANNICARUM* INSULARUM

ET

GENTES SEPTENTRIONALES.

EX

Snorrone; Land-nama-boc; Egilli Scallagrimi-saga; Niála-saga; O. Tryggvasonar-saga; Orkneyinga-saga; Hriggiar-stikki; Knytlinga-saga; Speculo regali &c.

COMPILAVIT

JACOBUS JOHNSTONE, A.M.

Ecclesiæ MAGHERÆ-CRUCIS Rector; Legationis BRITANNICÆ apud serenissimam aulam DANICAM secretarius; Academiarum regiarum EDINÆ & HAVNIÆ socius.

HAVNIÆ

Typis *Augusti Friderici Steinii.*

MDCCLXXXVI.

835

WELLCOME
HISTORICAL
MEDICAL
LIBRARY

TO

THE MOST NOBLE

THE

MARQUIS OF CARMARTHEN

HIS MAJESTY'S

PRINCIPAL SECRETARY OF STATE

FOR

FOREIGN AFFAIRS

&c. &c. &c.

MY LORD,

Having been many years engaged in HIS MAJESTY'S *mission at the* COURT *of* DENMARK, *the few moments of leisure, left unoccupied by the duties of my station, were employed in perusing the* ICELANDIC *writers; and, from them, I selected the following chronological series of extracts intimately connected with the history of the* BRITISH ISLES.

Encouraged by the approbation YOUR LORDSHIP, *has, repeatedly, condescended to bestow on my services in the* FOREIGN DEPARTMENT, *I venture to solicit* YOUR LORDSHIP'S *countenance, also, in the* REPUBLICK *of* LETTERS.

With the highest admiration of YOUR LORDSHIP'S *superior talents; and the warmest sentiments of gratitude for* YOUR *peculiar attention to those in, even, the subordinate stations of* YOUR *important* OFFICE, *I have the honour to be,*

MY LORD,

YOUR LORDSHIP'S

most humble

and

most devoted servant

JAMES JOHNSTONE.

COPENHAGEN,

August 22d. 1786.

ANTIQUITATES CELTO-SCANDICAE.

HARALLDR KONUNGR VERDR EINVALLDR AT NOREGI, OC UM EYDI-LANDA BYGGING.

Eptir orroſtona í *Hafursfirdi* feck Haralldr konungr enga mótſtödo í Noregi; voro þá fallnir allir mótſtödomenn oc hinir meſto fiandmenn hans; enn ſumir flýdo or landi; oc var þat allmikill mannfiölldi: þviat þá bygdoz ſtór eydilönd: þá bygdiz Jamtaland oc Helſingialand, oc var þó ádr hvarttveggia nockot bygt af Nordmönnum. I þeim úfridi, er Haralldr konungr geck

A til

FIT HARALLDUS REX NORVEGIÆ MONARCHA, ET DE DESERTARUM REGIONUM HABITATIONE. A. D. 885.

Poſt prælium in Sinu Hafurenſi, *Haraldo Regi obſtitit nemo in Norvegia. Cæſi tunc erant adverſariorum atque hoſtium ejus potentiſſimi omnes; quidam etiam in exilium iere, qvorum maxima erat multitudo, cum maximæ hactenus deſertæ regiones tunc coeptæ ſunt habitari. Habitata tunc eſt* Jamtia *&* Helſingia, *qvæ regiones antea tamen à Normannis, pro parte qvadam, fuerant cultæ. Bello ſæviente, qvo*

Nor-

A. D. til lands í Noregi, þá funnuz oc bygduz útlönd, Færeyar oc Islaud: þá var oc mikil ferd af Nordmönnum til Hialltlands, oc margir ríkismenn af Noregi flýdo útlaga fyrir Haralldi konungi, oc fóro í veſtrvíking: voru í Orkneyum eda Sudreyum á vetrom, enn á ſumrom heriado þeir í Noregi, oc gerdo þar mikin landzſkada. Margir voru þeir oc ríkismenn, er gengu til handa Haralldi konungi, oc gerdoz hans menn, oc bygdo lönd med hanom.

Norvegiam armis ſibi vindicavit Rex Haralldus, inventæ ſunt & habitatæ longius ab aliis diſſitæ terræ, Inſulæ Færöenſes *&* Islandia. *Plurima etiam in* Hialtlandiam *facta eſt migratio, Nordmannorum multis præcipuæ dignitatis viris, ut vim Haralldi Regis fugerent, patriam exilio mutantibus, & ad piraticam in mari Occidentali converſis, qui hyemes Orcadibus in inſulis & Hæbudibus transegere, ſed per æſtates Norvegiam prædabundi infeſtabant, maxima ibi clade & hominum cæde incolas multantes. Haud exigua tamen maxime honoratorum & principum virorum fuit multitudo, qui fidem & obſequium Regi Haralldo obſtringentes, ejusqve facti vaſalli, una cum eo patriam coluere terram.*

FRA BÖRNUM HARALLDS KONUNGS OC KVANFÖNGUM.

Haralldr konungr var nú einvalldi ordinn als Noregs, þá minntiz hann þeſs er mæriu mikilláta hafdi mælt til hans: hann ſendi þá menn eptir henni, oc let hana hafa til ſín, oc lagdi hana hiá ſer; þerſi voro börn þeirra: Alof var ellzt, þá var Hrærekr, þá Sigtryggr, Fródi oc Þórgills. Haralldr konungr átti margar konur oc mörg börn: hann feck þeirrar kono er Ragnhilldr het, dóttir Eiríks konungs af Jotlandi; hun var köllot Ragnhilldr hin Ríka: þeirra ſon var Eiríkr Blódöx. Enn átti hann Svan-

DE LIBERIS HARALLDI REGIS ET EJUS CONJUGIIS.

Factus jam erat Rex Haralldus totius Norvegiæ Monarcha. Redeunt tunc ei in memoriam prius dictæ magnanimæ virginis verba, quam miſſis igitur nuntiis ad ſe acceſſitam thori ſibi junxit ſociam. Eorum hi erant liberi. Maxima natu fuit Alofa; *ei proximus* Hrörekus; *hinc* Sigtryggus, Frodius *&* Thorgilſus.. *Multæ erant Haralldo Regi conjuges, multi etiam liberi. Conjugem duxit foeminam,* Ragnhilldam *dictam,* Eiriki *Jotlandiæ Regis filiam, quæ Ragnhillda cognominata eſt* Potens, *peperitqve Haralldo filium* Eirikum Blodöxe. *Habuit*

Svanhilldi dóttur Eyſteins Jarls; þeſsir voru ſynir þeirra: Olafr Geirſtada-Alfr, Biörn oc Ragnarr Ryckill. Enn átti Haralldr konungr Ashilldi, dóttur Hríngs Dags ſonar ofan af Hríngaríki; þeirra börn voro: Dagr oc Hringr, Gudrödr Skiria oc Ingigerdr. Sva ſegia menn, at þá er Haralldr konungr feck Ragnhilldr Ríko, at hann leti þá af IX konum ſínum. Þeſs getr Hornklofi,

Hafnadi Holmrygiom
Oc Hörda meyom
Hverri hinni Heinverſcu
Oc Hölga ættar
Konungr hinn kynſtóri
Er tók konunga Dönſko.

buit præterea uxorem Svanhilldam, Eyſteſtenii Jarli *filiam*, *ex qva genuit filios*, Olafum *Geirſtadenſium Genium* Biornum & Ragnarum Rykkill. *Alia etiam (præter has) erat Haralldo Regi conjux*, Alfhillda Hringi Dagi *filia*, *& ex ea liberi* Dagus & Hringus, Gudraudus Skerja & Ingigerda. *Fertur Haralldus, Ragnhillda ducta uxore, conjuges novem dimiſiſſe. Sic dixit* Hornklofius: A. D.

Repudiavit Holmrygenſes.
Atqve Hordenſes virgines,
Qvamlibet indigenarum,
Atqve generis Halogalenſis,
Rex ille, ſummo loco natus,
Uxorem ducens Danam.

Börn Haralldſ konungs voru þar hver uppfædd, ſem móderni áttu. Guthormr hertogi hafdi vatni aufit hinn ellzta ſon Haralldſ konungs, oc gaf nafn ſitt; hann kneſetti þann ſvein oc fóſtradi, oc hafdi med ſer í Vík auſtr: fæddiz hann þar upp med Guthormi hertoga. Guthormr hertogi hafdi alla ſtiórn landſins um Víkina, oc um Upplönd, þá er Haralldr konungr var eigi nær.

Apud cognatos maternos educati ſunt Haralldi liberorum ſinguli. Maximum natu Regis Haralldi filium, luſtrali aqva ſparſum, ſuo nomine vocaverat Dux Guttormus. *Hunc puerum, qvem genu ſuo impoſuit educandum; ſecum orientem verſus in Vikiam duxit, ubi apud Ducem Guttormum adolevit. Penes Guttormum Ducem totum erat, per Vikiam perqve Uplandiam, imperium Rege ipſo non præſente.*

VESTRFERD HARALLDS KONUNGS,

HARALLDI REGIS IN OCCIDENTEM EXPEDITIO. 888.

Haralldr konungr ſpurdi at vída um mitt-landit heriado víkingar, þeir er á vetrum voru fyrir veſtan haf; hann hafdi þá leidangr úti hvert ſumar, oc kannadi

Certior factus eſt Rex Haralldus, piratas, in occidentalibus inſulis per hyemes qvi latebant, medias regni regiones latè vaſtare. Parata igitur, qvavis æſtate, ad expeditionem bellicam

A. D. eyar oc útſcer. Enn hvar ſem víkingar urdu varir vid her hans, þá flýdo allir, oc fleſtir á haf út. Enn er konungi leiddiz þetta ſtarf, þá var þat á einu ſumri, at Haralldr konungr figldi med her ſinn veſtr um haf; kom hann fyrſt vid Hialltland, oc drap þar alla víkinga
895. þá er eigi flýdo undan. Sídan ſiglir Haralldr konungr ſudr til Orkneya, oc reinſadi þar allt af víkingom. Eptir þat fer hann allt í Sudreyiar, oc heriar þar: hann drap þar marga víkinga, þá er fyrir lidi redo ádr. Hann átti þar margar orroſtur, oc hafdi iafnan figr. Þá heriadi hann á Skotland, oc átti þar orroſtur. Ern er hann kom veſtr í Mön, þá höfdo þeir ádr ſpurt hvern hernad hann hafdi giört fyrrum þar í landi, þá flýdi allt folk inn á Skotland, oc var þar aleyda af mönnum: braut var oc flutt allt fe þat er mátti. Enn er þeir Haralldr konungr gengu á land, þá fengu þeir ecki herfang. Sva ſegir Hornkloſi:

Menfergir bar margar
Margſpakr nidar varga
Lundr vann ſókn á ſandi
Sandmenns í by randir;
Adr fyrir ælian fródum
Allr herr Scota þverri
Lögdis æids af ládi
Læbrautar vard flæia.

bellicam claſſe, inſulas ſcopulosque longius à continenti remotos luſtravit. Animadvertentes autem ejus claſſem piratæ, mox in fugam vertuntur omnes, altumque petunt plerique. Hujus rei pertæſus Rex, æſtate quadam, trans Oceanum, occidentem verſus, claſſe vectus, ad Hialltlandiam primum appulit, ubi piratas omnes, quotquot effugere non poterant, occidit. Hinc longius verſus auſtrum ad Orcadas vectus, inſulas omnes ab iſta colluvie purgavit. Porro in Hæbudas usque inſulas progreſſus, late eas populatur, piratarumque multos occidit, qui militum agmina antea ducebant. Multis hic congreſſus prœliis, victoriam ſæpius reportabat. Hic Scotiam prædabundus infeſtat, manumque (haud raro) conſeruit. Ubi longius occidentem verſus in Mœnaviam ventum eſt, perlata ad incolas, de vaſtatis ab eo finitimis regionibus, fama omnes in Scotiam fugaverat; deſerta igitur tota erat regio, omniaque, quæ poterant auferri, inde translata bona. Exſcenſionem ergo cum ſuis fecit (quidem) Haralldus, ſed nullam reportavit prædam, teſte Hornklofio:

Monilium largitor tulit multa
Multiſcius (navium dominus
Fecit impetum in arenam)
Maritimam in urbem ſcuta,
Antequam coram laboris perito,
Totus exercitus Scotorum, conſumtore
Scuti, ex regione viæ
Fraudulentæ cogebatur fugere.

I þeſſom

Durante

Í þeſſom orroſtom fell Ivar ſon Rögnvallds Mæra Jarls; enn í bætur þeſs gaf Haralldr konungr Rögnvalldi Jarli, er hann ſigldi veſtan, Orkneiar oc Hiallt-land; enn Rögnvalldr gaf þegar Sigurdi brodur ſínum bædi löndin, oc var hann veſtr eptir. Haralldr konungr gaf Sigurdi Jarldom, ádr konungr ſigldi auſtr. Þá kom til lags vid hann Þórſtein Raudi, ſonr Olafs Hvíta oc Audar hinnar Diúpaudgu; þeir heriado á Skotland, oc eignuduz Katanes, oc Sudrland allt til Eckjalsbacka. Sigurdr Jarl drap Melbrigda Tönn, Jarl ſkorſkan, oc batt höfut hans vid ſlagálar ſer, oc lauſt kyccqva vödva ſínom á tönnina, er ſkagdi or höfdino, kom þar bláſtr í fótinn, oc feck hann af því bana, oc er hann heygdr á Eckialsbacka; þá red löndom Guthormr ſonr hans einn vetr, oc dó hann barnlaus. Sídan ſettuz í löndin víkingar margir Danir oc Nordmenn.

Durante hac expeditione, cecidit Ivarus, A. D.
filius Rognvalldi, *Möriarum Jarli; quod ut reſarciret dammum, Rognvalldo Jarlo Orcadas & Hialtlandiam dedit Haralldus Rex, ab occidente domum reverſurus,* Sigurdo *autem fratri ſuo utramque mox provinciam Rognvalldus. In occidente igitur remanſit Sigurdus, redeunte in orientem Rege, qui ante reditum, titulo & dignitate Jarli Sigurdum ornavit. Hoc facto, ſocietatem cum eo* (*Sigurdo*) *iniit* Thorſtenius Rufus. Olafi Álbi & Auduræ *profunde prudentis,* (*vel pradivitis*) *filius; qui* (*ſocii*) *Scotiam bello adhorti,* Kataneſiam, & Sudurlandiam *totam, ad* Ekkjalsbakkam (*montes* Ochellenſes) *usqve, ſuæ fecerunt ditionis. Sigurdus Jarlus occidit* Melbrigidum *dictum* Tönn, *Jarlum Scoticum, cujus caput ſuo ephippio fecit alligari. In dentem è capite prominentem, impegit* (*Sigurdus*) *ſuram, ubi eſt carnoſior, ſaucium membrum occupat inflammatio, hæc mortem ei accelerat, mortuusque tumulatur ad Ekkjalsbakkam. Unum per annum provinciis poſtea præfuit filius ejus* Guttormus, *deceſſitque, prole non relicta. Poſthac ſedes ibi occupant piratæ plurimi, Dani æqve ac Normanni.*

GAUNGU-ROLFR UTLÆGR GIORR.

Rögnvalldr Mæra Jarl var hinn meſti áſtvin Haralldz konungs, oc konungr virdi hann mikils. Rögnvalldr Jarl átti Hilldi, dóttur Rólfs Nefiu; ſynir þeirra

HROLFUS PEDES IN EXILIUM ACTUS. 895.

Erat Rognvalldus *Möriarum Jarlus Haralldo Regi omnium amicorum maxime carus, cui Rex impenſum habuit honorem. Conjugem habuit Rognvalldus* Hilldam, *filiam*

A. D.varo þeir Rolfr oc Þorir. Rögnvalldr Jarl átti oc frilloſyni þtiá, het einn Halladr, annar Einarr, hinn þridi Hrollaugr; þeir voro roſknir, þá er hinir ſkírborno brædur þeirra voro börn. Rolfr var víkingr mikill: hann var ſva mikill madr vexti, at engi heſtr mátti bera hann, oc geck hann hvargi ſem hann fór: hann var kalladr Gaungo-Rolfr. Hann heriadi miöc í Auſtrvegu. A eino ſumri, er hann kom or víking auſtan í víkina, þá hió hann þar ſtrandhögg. Haralldr var þá í víkinni; hann var miöc reidr, þá er hann ſpurdi þetta, þvíat hann hafdi mikit bann álagt, at ræna innanlandz. Konungr lýſti því á þíngi, at hann gerdi Rolf útlaga of allan Noreg. Enn er þat ſpurdi Hilldr módir Rolfs, þá fór hún á fund konungs, oc bad fridar Hrolfi; konungr var ſva reidr, at henni týdi ecki at bidia. Þá kvad Hilldr þetta:

filiam Hrolfi, *dicti* Nefja (*bene naſuti*). *Filii illorum erant* Hrolfus *&* Thorerus. *Etiam ex concubinis filios tres ſuſceperat Rognvalldus Jarlus, quorum uni nomen erat* Hallado, *ſecundo* Einaro, *tertio* Hrollaugo; *hi adultam attigerant ætatem, cum infantes erant ex legitimo thoro procreati eorum fratres. Erat* Hrolfus *pirata inſignis & ſtatura corporis adeo prægrandi, ut ei portando nullus par eſſet equus, quare cum pedes incedere cogeretur, ubicunque proficiſcebatur, vocatus eſt* Hrolfus Pedes. *Piraticam in mare Orientali (Baithico) frequens exercuit. Quadam æſtate, cum à piratica expeditione redux, in Vikiam appellebat, rapta quæ ad littus offendebat. In Vikia tunc commorabatur Haralldus Rex, qui hujus rei nuntio vehementer commotus, utpote qui ſevero ſanxerat edicto, ne quis intra patriæ limites prædas ageret, publicis in comitiis Hrolfum tota Norvegia exulare juſſit. Hoc audito, mater Rrolfi* Hillda, *Regem adiens, ſupplex Hrolfo pacem petiit. Cum tanta erat Regis ira, ut irritæ ejus eſſent preces, (abiens) hæc cecinit Hillda.*

Hafnit Nefiu nafna
Nú rækit gand or landi
Horſcan höllda barma,
Hví bellir því ſtillir?
Illt er vid úlf at ylfaz
Yggs val-brikar ſlíkar
Munna vid hilmis hiardir
Hógr ef hann rennr til ſcógar.

Exulare jubes Nefiæ *cognominem,*
Jam abigis, ut lupum, (eum) è terra,
Inſignem inſigni loco natum virum.
Qvare illa violentia ſævis, Rex?
Non expedit in lupum ſævire,
Viro heroi, iſtiusmodi.
In Regis greges futurus eſt ſævus,
In ſylvam ſi ſe proripuerit.

Gangu-

Poſt-

Gangu-Rolfr fór ſídan um haf i Sudreyar, oc þadan fór hann veſtr í Valland, oc heriadi þar, oc eignadiz þar Jarls ríki mikit, oc bygdi þar miöc Nordmönnum, oc er er þar ſídan kallat Nordmandi. Sonr Gangu-Rolfs var Viljalmr, fadir Ríkardar, fódur annars Ríkardar, fódur Rodberts Laungu-ſpada, fódur Vilialms Baſtardar Engla konungs; frá hönom ero ſídan komnir Engla konungar allir. Af Rolfs ætt ero oc komnir Jarlar í Nordmandi.

Poſthac occidentem verſus oceanum transgreſſus in Hæbudas, indeque in Vallandiam Rolfus, late ibi prædas egit, potitusque ibi Jarli imperio, iſtam à Normannis late habitari fecit provinciam, quæ poſtea Nordmannia *eſt dicta. Rolfi Peditis filius erat* Wilhelmus, *hic vero pater* Richardi, *qui genuit* Richardum ſecundum, *patrem* Rolfi Langeſpade, *cujus filius erat* Wilhelmus Nothus, *à quo ortum trahunt Angliæ Reges univerſi.* A. D. 896.

UPPHAF TORF-EINARS JARLS I ORKNEYVM.

Rögnvalldr Jarl á Mæri ſpurdi fall Sigurdar bródur ſíns, oc þat at þá ſáto í löndonom víkingar; þá ſendi hann veſtr Hallad ſon ſinn, oc tók hann ádr Jarls nafn, oc hafdi lid mikit. Enn er hann kom til Orkneya, þá ſettiz hann í löndin, enn bædi á hauſt oc um vetr, oc um vár, fóro víkingar um eyiarnar, oc námo nesnám oc hioggo ſtrandhögg. Þá leiddiz Halladi Jarli at ſitia í eyonom, velltiz hann þá or Jarldóminom, oc tók höllds rett, fór hann ſídan í Noreg. Enn er Rögnvalldr Jarl ſpurdi þetta, let hann illa yfir ferd Halladar, ſegir at ſynir hans mundi verda úlíkir forellri ſíno. Þá ſvarar Einar: Ek hefi lítin

ORTUS ET INCREMENTA TORF-EINARI, ORCADUM JARLI.

Mortis Sigurdi, *fratris ſui, certior factus* Rognvalldus *Möriæ Jarlus, piratasque iſtis in provinciis ſedes fixiſſe, filium ſuum* Halladum *occidentem verſus miſit, qui Jarli titulo auctus & ingenti ſtipatus exercitu illuc proficiſcebatur. Ad Orcadas delatus, ibi domicilium fixit: autumno autem, & hyeme, & vere circa inſulas navibus vecti piratæ, promontoria omnia latrociniis infeſtabant, & abactapecora mactabant. Hinc ulterioris in inſulis moræ pertæſus Halladus Jarlus, ex ſede (à dignitate) Jarli devolvebatur, ad conditionem nobilium ordinis ejus, quos* Haulldos *vocant; quo facto, orientem verſus in Norvegiam eſt profectus. Rognvalldus autem, hoc audito, Halladi (hanc) expeditionem ſummopere carpebat, dictitans, filios ſuos ſuis majoribus futuros admodum diſſimiles,*

A. D. lítin metnad af þer; á ec vid litla áſt her at ſkiliaz: mun ec fara veſtr til eyia, ef þú villt fá mer ſtyrk nockurn; mun ec því heita þer, er þer mun allmikill fagnadr á vera, at ec mun eigi aptr koma til Noregs. Rögnvalldr Jarl ſvarar, at þat líkadi hönom vel, at kann qvæmi eigi aptr; þvíat mer er lítils ván, at frændom þínom ſe fæmd at þer; þvíat móðurætt þín öll er þrælborin. Rögnvalldr Jarl feck Einari eitt lángſcip alſcipat. Sigldi Einar um hauſtir veſtr um haf. Enn er hann kom til Orkneyia, þá lágu þar fyrir víkingar tueim ſkipum. Þórir Treſkegg oc Kalfr Skurfa. Einar lagdi þegar til orroſto vid þá, oc ſigradiz, enn þeir fello bádir. Þá var þetta qvedit:

les. "Parum honoris, reſpondit Einarus, "mihi à te datum fuit, nec amore multo me "privabit meus hinc abitus: qvare occiden- "tem verſus ad inſulas transibo, ſi qvid opum, "ad hoc neceſſariarum, mihi dederis; ego "viciſſim tibi pollicebor, qvod tibi admodum "erit gratum, me nunqvam in Norvegiam "eſſe redituruin.„ Reſpondit Rognvalldus, gratum ſibi eſſe, qvod non erat redituruſ: "exigua enim, inqvit, mihi datur ſpes, te "tuis conſangvineis honori futurum, cum "genus tuum maternum totum ſit ſervi- "le.„ Einaro navem longam dedit Rognvalldus, ad ejus uſus armis & viris probe inſtructam. Circa autumnum, trans mare occidentem verſus, Einarus, cum ad Orcadas venit, offendit ibi piratas, duarum navium rectores, Thorerum Treſkiegg & Kalfum Skurfa. *Hos prælio mox aggreſſus Einarus, victoriaqve potitus, ambos proſtravit. Qvo facto, hæc cecinit vates qvidam:*

Þá gaf hann Treſkegg tröllom
Torf-Einarr drap Scurfo.

Treſkieggum dæmonibus dedit;
Skurfum occidit Torf-Einarus.

Hann var fyrir því kalladr Torf-Einarr, at hann let ſkera torf, oc haſdi þat fyrir elldi-vid, þvíat engi var ſkógr í Orkneyom. Sídan gerdiz Einarr Jarl yfir Eyonom, oc var hann ríkr madr: hann var liótr madr oc einſýnn, oc þó manna ſcygnaſtr.

Dictus autem eſt Torf-Einarus, *qvod exſcindi & foco, lignorum loco, adhiberi fecit ceſpites (Torf) cum in Orcadibus non erant ſilvæ. Poſthac inſularum Jarlis factus Einarus, potentia & divitiis crevit. Facie erat deformis, atqve altero captus oculo; ſed viſus tamen omnium acutiſſimi.*

DAUDI HALFDANAR HALEGGS.

Hálfdan Háleggr kom veſtr til Orkneya, oc miöc á úvart; oc flýdi Einarr Jarl þegar or eyonom, oc kom aptr þegar um hauſtit, oc kom þá á úvart Hálfdani. Þeir hittuz, oc vard ſkömm orroſta, oc flýdi Hálfdan, oc var þat vid nótt ſiálfa, lágu þeir Einar tialldalauſir um nóttina. Enn um morguninn er lýſa tók, fóro þeir at leita flóttamanna um eyarnar, oc var hverr drepinn þar er ſtadinn vard. Þá mællti Einar Jarl. Eigi veit ec, ſegir hann, hvert ec ſe út á Rinansey, mann edr fugl, ſtundum hefz upp, ſtundum leggz nidr. Sídan fóro þeir þannog til, oc fundo þar Hálfdan Hálegg, oc tóko hann höndom. Einar Jarl kvad víſo þeſsa um aptanin, ádr hann lagdi til orroſto:

Sekat ek Hrolfs or hendi
Ne Hrollaugi fliúga
Dörr á dolga mengi,
Dugir oſs födor hefna:
Enn í qvölld þar er knyom
At kerſtraumi rómo
Þegiandi ſitr þetta
Þórir Jarl á Mæri.

Þa geck Einarr Jarl til Hálfdanar; hann reiſt örn á bak hönom vid þeima hætti, at hann lagdi ſverdi á hol vid hrygginn, oc reiſt rifin öll ofan allt á lendar, oc dró þar út lúngun; var þat bani Hálfdanar. Þá kvad Einarr:

MORS HALFDANI HALEGG. A. D

Occidentem verſus ad Orcadas venit omnibus improviſus Halfdanus; quare ex inſulis fugit Einarus, ſed rediit mox eodem autumno, Halfdano improviſus. Orto inter illos prœlio, poſt breve certamen, fugit Halfdanus, ſub ingruentem jam noctem. In navibus, ſed nullo velo opertis, noctem tranſigunt Einarus ejusque comites; luce autem oriente, fuga elapſos per inſulas inveſtigant, inventosque quo loco ſunt deprehenſi, occidunt omnes. Tum Einarus: "Neſcio, inquit, qvid "in inſula Rinansey *meis obſervatur oculis, ho-"mo an avis; elevatur interdum, interdum "humi procumbit." Transgreſſi in inſulam, Halfdanum inveniunt, vivumque prehendunt, Veſpera, ante ortum prœlium, hoc cecinit Einarus:*

"*Non video Hrolfi ex manu,*
"*Nec ex Hrollaugi volitura*
"*Tela in hoſtium cohortem:*
"*Nos juvat patris vindicta.*
"*Hac veſpera, pugnantibus nobis,*
"*Ad poculorum flumen*
"*Taciturnus ſedet*
"*Thorerus Jarlus, in Möria.*

Halfdanum aggreſſus Einarus, ad ſpeciem aqvilæ dorſum ei ita laniabat, ut adacto ad ſpinam gladio, coſtisque omnibus ad lumbos usque à tergo diviſis, pulmones extraheret, necemque ita Halfdano acciret; qvo facto, cecinit Einarus,

"*Ultus*

A. D.

Rekit hefi ec Rögnvallds dauda,
Enn redo því nornir;
Nú er fólc-ſtudill fallinn
At fiordungi mínom.
Verpit ſnarpir ſveinar,
Þvíat figri ver (rádumk.
(Skatt vel ec hönom hardan)
At háfæto grióti.

"*Ultus ſum* Rognvalldi *necem,*
"*Sic voluere Parcæ.*
"*Jam cecidit populi columna,*
"*Pro mea qvarta parte.*
"*Tumulum congerite alacres juvenes,*
"*Penes nos enim eſt victoria;*
"*Cenſum longa habenti crura tribuo durum,*
"*Littoris ex lapidibus.*

Sídan tók Einarr Jarl at ſer Orkneyar ſem ſyrr hafdi hann haft. Enn er tídindi þeſſi ſpyriaz í Noreg, þá kunna þeſſo ſtórilla brædor Hálfdanar, oc köllodo hefnda fyrir vert, oc margir ſönnudu þat adrir. Enn er Einarr Jarl ſpyrr þetta, þá qvad hann:

Poſthac ſuas fecit Einarus Orcadas, prout eas antea tenuerat. Fama autem hujus rei ad Norvegiam delata, peſſime eam tulere fratres Halfdani, dicitantes vindicta illam eſſe dignam, plurimis aliis idem ſentientibus. Qvod fama doctus Einarus ita cecinit:

Eru til míns fiörs margir
Menn of ſannar deilldir
Or ymiſſom áttom,
O-ſmábornir giarnir,
Enn þó vito þeigi
Þat ádr mic hafa felldan
Hverr ilþorna arnar
Undir hlytr at híta.

"*Sunt ad vitam mihi adimendam, multi*
"*Viri, vera ex cauſa,*
"*Variis mundi ex plagis,*
"*Progeniei haud infimæ proclives.*
"*Attamen non ſciunt illi,*
"*Antequam ei me proſtravere,*
"*Qvinam, ſævis ſub aqvilarum ungvibus,*
"*Incurvari cogitur.*

SÆTT HARALLDS KONUNGS OC EINARS JARLS.

Haralldr konungr baud lidi út, oc dró ſaman her mikinn, oc fór ſídan veſtr til Orkneyia. Enn er Einarr Jarl ſpurdi, at Haralldr konungr var auſtan kominn, þá ferr hann yfir á nes. Þá kvad hann víſo þeſſa:

Margr verdr ſekr of ſaudi
Seggr med fögro ſkeggi;
Enn ec at úngs í eyom
Allvalldz ſonar falli.

HARALLDUS REX ET EINARUS JARLUS RECONCILIATI.

Milites ad expeditionem imperat Haralldus *Rex, ingentemque cogit exercitum, qvocum poſtea inſulas Orcadas petit. Adventu Regis nunciato, in Neſiam (Katanes) transfretavit* Einarus Jarlus, *hocce carmen modulatus:*

"*Multi, ob oves mulctantur*
"*Homines, barba ſpecioſa decori,*
"*At ego, ob juvenis in inſulis*
"*Omnipotentis (Monarchæ) filii necem.*

Hætt

Peri-

Hætt ſegia mer hölldar
Vid hugfallan ſtilli;
Harallds hefi ec ſkard í ſkilldi
(Scalat ugga þat) höggvit.

"*Periculum nuntiant mihi,*
"*Ab animoſo Rege:*
"*Haralldi ego inciſionem in clypeo,*
"*Quod non metuam, incidi.*

A. D.

Þá fóro menn oc ordſendingar millom konungs oc Jarls; kom þá ſva, at þar vard ákomit ſtefnulagi, oc finnaz þeir ſiálfir, oc feſti þá Jarl allt í konungs dom. Haralldr konungr dæmdi á hendur Einari Jarli, oc öllum Orkneyingom, at giallda LX marka gulls. Bondom þótti gialld ofmikit. Þá baud Jarl þeim at hann mundi einn ſaman giallda, oc ſkylldi hann eignaz þá odol öll í eyonom. Þeſsu iátudo þeir allir, meſt fyrer þá ſök, at hinir ſnaudu attu litlar iardir, enn hinir audgu hugduz mundu leyſa ſín ódol, þegar er þeir villdu; leyſti Jarl allt gialldit vid konung. Fór konungr þá auſtr aptr um hauſtit. Var þat lengi ſídan í Orkneyom, at Jarlar átto ódol öll, allt þar til er Sigurdr Lödviſon gaf aptr ódulin.

Poſthac, Regem inter & Jarlum, viri nuntiique ultro citroque iere, qua re eo ventum eſt, ut pacto conventu, quo ipſi congrediebantur, Regis arbitrio omnia committeret Jarlus. Tunc Einaro Jarlo omnibusque Orcadenſibus ſexaginta auri marcas (ſelibras) imperat ſolvendas Rex Haralldus. Colonis nimia admodum hæc viſa eſt multa; quare conditionem eam iis obtulit Jarlus, ut is ſolus ſolveret multam, omnia in inſulis bona allodialia viciſſim obtenturus. In hoc omnes conſentiebant, eam potiſſimum ob cauſam, quod exiguos poſſidebant fundos pauperes, ditiores vero exiſtimabant, ſe facile, quando libitum foret, bona ſua poſſe redimere. Solvit Jarlus totam Regi multam; quo facto, domum proximo autumno profectus eſt Rex. Longo poſtea tempore bona omnia allodialia in Orcadibus poſſidebant Jarli, donec ea poſſeſſoribus reſtituit Sigurdus Ludovici *filius.*

Eirikr Haraldſon var at foſtri med *Þori* Herſi. Þá er hann var XII vetra fór hann í hernad í auſtrveg oc dvaldiz þar IV vetr. Sidan fór hann veſtr um haf oc heriadi á Skotland, Bretland, Irland oc Valland oc dvaldiz þar adra IV vetr.

Eirikus Haraldi *filius apud Thorerum herſum educatus eſt. Duodecim annos natus cum erat piraticam primum in mari orientali (Baltico) per annos quatuor exercuit. Deinde occidentem verſus per mare vectus circa littora Scotiæ, Bretlandiæ, Hiberniæ & Vallandiæ prædis graſſabatur per annos etiam quatuor.*

A. D. 903.

HARALLDR SKIPTIR RIKI MED SONUM SINUM,

Haralldr konungr var þá fimmtogr at alldri, er ſynir hans voru margir roſcnir, enn ſumir daudir: þeir gerdoz þá margir ofſtopa menn miklir innanlands, oc voro fialfir óſáttir. Þeir ráku af eignum Jarla konungs, enn ſuma drápu þeir. Haralldr konungr ſtefnir þá þíng fiölment ſudr í landi, oc baud til öllum Upplendingum: þá gaf hann ſonom ſínom öllom konunga nöfn, oc ſetti þat í lögom, at hans ættmenn ſkylldo hverir konungdom taka epttr födur ſinn; enn Jarldóm ſá er kvennſifr væri af hans ætt kominn. Hann ſkipti landi med þeim: Vingulmörk, Raumariki, Veſtfolld, Þelamörk, þat gaf hann Olafi, Birni, Sigtryggvi, Fróda, Þórgilſi; enn Heidmörk oc Gudbrandzdali gaf hann Dag oc Hríngi oc Ragnari; Snæfridar ſonum gaf hann Hríngaríki, Hadaland, Þotn, oc þat er þar liggr til. Guthormi hafdi hann gefit til yfir-ſócnar frá Elfi til Svínaſunds oc Ránríki; han hafdi hann ſett til landvarnar auſtr vid landsenda, ſem fyrr er ritat. Haralldr konungr ſiálfr var optaz um mitt land. Rærekr oc Gudrödr voro iafnan innan hirdar med konungi, oc höfdo veizlor ſtórar um Hördaland oc Sogn. Eiríkr konungr var med Haralldi konungi fedr ſínom

HARALLDUS REGNUM INTER SUOS PARITUR FILIOS.

Qvinqvaginta annorum erat Haralldus Rex, qvo tempore filiorum ejus multi ætate maturuerant, obierant nonnulli. Intra patriam horum multi procaciter nimis ſe gerere coeperunt, ipſi inter ſe diſcordes. Jarlorum Regis ſuis bonis deturbabant alios, alios necabant. Hinc in parte regni auſtrali frequentia indixit Haralldus Rex comitia, ad qvæ Uplandenſes omnes vocavit. Hic ſuis filiis Regium titulum dedit Rex Haralldus, juſſitqve id legibus inſeri, ut ipſius proſapia orti Principes, Regibus patribus ſuccederent Reges, Jarli vero eſſent, qvi ſui ſtemmatis orti erant fæmellis. Provincias qvoqve inter eos partitus, Vingulmarkiam, Raumarikiam, Veſtfolldiam & Thelamarkiam dedit Olafo, Biorno, Sigtryggo, Frodio, Thorgilſo; *Heidmarkiam autem, & Gudbrandsdaliam aſſignavit* Dago & Hringo & Ragnaro. *Snæfridæ filiis attribuit Hringarikiam, Hadalandium, Totniam, hisqve adjunctas regiones.* Guttormo *imperium dederat in terras, qvæ à* Gotelva, *ad* Svinaſund *usqve porriguntur, atqve in Ranarikiam, eumqve, ut ſupra eſt dictum, cuſtodem limitum regni hic orientem verſus poſuerat. In meditullio regni ſæpius verſabatur ipſe Haralldus Rex, & intra ejus ſemper aulam* Rörekus & Godraudus, *qvi ſeuda tamen in Hordalandia & Sognia tenebant ampliſſima. Aulam parentis ſui Regis Haralldi*

ſínom; honum unni hann meſt ſona ſinna, oc virdi hann meſt; hönom gaf hann Hálogaland, oc Nordmæri oc Raumsdal. Nordr í Þrámdheimi gaf hann yfirſócn Hálfdani Svarta, oc Hálfdani Hvíta oc Sigrödi; hann gaf ſonom ſínom í hverio þeſſo fylki hálfar tekior vid ſic, oc þat med, at þeir ſkyldo ſitia í háſæti, ſkör hærra enn Jarlar, enn ſcör lægra enn hann ſiálfr. Enn þat ſæti ætladi ſer hverr ſona hans eptir hans dag, enn hann ſiálfr ætladi þat Eiríki; enn þrændur ætlodo þat Hálfdani Svarta; enn Víkverir oc Upplendingar unnu þeim beſt ríkis er þeim voro undir hendi. Af þeſſo vard mikit ſundrþycki enn af nýo millom þeirra brædra. Enn med því at þeir þottuz hafa lítit ríki, þá fóro þeir i hernad; ſva ſem ſagt er, at Gothormr fell í Elfarqvislom fyrir Sölva Klofa. Eptir þat tók Olafr vid því ríki er hann hafdi haft. Hálfdan Hviti fell í Eiſtlandi. Hálfdan Háleggr fell í Orkneyom. Þeim Þórgilſi oc Fróda gaf Haralldr konungr herſcip, oc fóro þeir í Veſtrvíking, oc heriado um Scotland oc Bretland oc Irland: þeir eignodoz fyrſt Nordmanna Dyflinni. Sva er ſagt, at Fróda væri geſinn banadryckr; enn Þórgils var lengi konungr yfir Dyflinni, oc var ſvikinn af Írom, oc fell þar.

ralldi (etiam) comitabatur Eirikus *Rex, cui ſuos inter filios maximum amoris honorisque tribuebat; huic Halogalandiam dedit & Nordmæriam & Raumsdaliam. Thrandheimiæ præfecit* Halfdanum Nigrum, Halfdanum Album & Sigraudum. *Singulis hiſce in provinciis dedit filiis ſuis redituum dimidiam partem, juſſitque eos in throno ſedere, uno quidem gradu ſuperiori, quam in quo ſedebant Jarli, ſed uno infra ſedem, quam ipſe occupabat. Hanc autem ſedem, poſt ejus mortem, ſibi deſtinabant filiorum illius ſinguli;* Eiriko *deſtinabat ipſe (Haralldus);* Halfdano Nigro *Throndenſes; Vikverienſes vero & Upplandenſes imperium (ſummum) iis potiſſimum volebant, qui illis jam Reges aderant, Hinc de novo fratres inter magna orta eſt diſſenſio. Exigua autem, quæ (dicto modo) tenebant, cum illis viderentur regna, piraticam aggreſſi ſunt, prout (ſupra) eſt dictum. Cecidit in oſtiis fluvii* Gothelbæ Guttormus, *cæſus à* Solvone Klofa; *quo facto, regnum quod tenuerat, adiit* Olafus. *Cecidit in Eſtlandia* Halfdanus Albus, Halfdanus Halegg *in Orcadibus.* Thorgilſo & Frothoni *dedit Haralldus Rex naves bellicas, quibus occidentem verſus ad piraticam vecti,* Scotiæ, Bretlandiæ (*Walliæ*) & Hiberniæ *littora populati ſunt. Dublinum ſuæ ditionis hi primi fecere Nordmannorum. Mixto portioni veneno ſublatum è vivis tradunt Frotonem. Dublini autem longo tempore regnabat Thorgilſus, ſed Hibernorum dolo circumventus, ibi (tandem) cecidit.*

A. D.

UM ISLANDS ByGGING.

Adur Ísland bygdiſt af Nordmönnum varo þar þeir menn er Nordmenn kalla Papa, þeir varo menn kriſtnir, oc hyggia menn þeir hafi verit veſtan um haf, þvíat funduſt eptir þeim bækor Írſkar, biöllor oc baglar, oc enn fleiri lutir, þeir er þat mátti ſkilea, at þeir varo Veſtmenn, þat fanſt í Papey auſtur oc í Papyli, er oc þeſs getit í bókum Enſkum, at í þann tíma var farit millum landanna.

Leifr fór í Veſturvíking, hann heriade á Írland oc fan þar jardhús Mikit, þar geck hann í, þar var myrkt, þar til er lýſti af vapni því er madr hellt á, Leifr drap mann þann, enn tók ſverdit oc mikit fe annat ſídan var hann kalladr Hiörleifr. Hann heriade vída um Írland, oc feck þar mikit herfáng, þar tók hann þræla tío er ſva heto: Dufþakr, Geirraudr, Skialldbiörn, Halldór, Drafdritr, eige ero fleire nefnder.

Örlygr het ſun Rapps Biarnar ſunar Bunu, hann var at fóſtre med Patreki Biſkupi hinum Helga í Sudureyum. Hann fýſtiſt at fara til Íslands, hann bad Patrek Biſkop fóſtra ſinn at hann ſæe um med hanom. Biſkop feck hanom kyrkiovid, oc bad hann hafa med ſer, oc plenarium,

DE ISLANDIÆ INHABITATIONE.

Antequam Islandia à Norvegis inhabitaretur, ibi homines fuerunt, quos Norvegi Papas vocant, qui religionem chriſtianam profitebantur, & ab occidente per mare advenisſe creduntur, ab iis enim relicti libri Hibernici, nolæ & litui & res adhuc plures reperiebantur, quæ indicare videbantur illos Veſtmannos fuisſe. Hæc inventa ſunt in Papeya orientem verſus & Papyli; libri quoque Anglici, tunc temporis navigationes inter terras (iſtas) increbuisſe, perhibent.

Leifus autem piraticam occidentem versus ſuſcepit, & Hiberniam armis infeſtavit, ubi cellam magnam ſubterraneam invenit, quam intrans tenebras offendit, ille autem progreſſus usque quo ſplendorem vidit gladii quem vir quidam manu tenuit, quo occiſo, gladium & ingentes alias opes inde reportavit, poſtea Hiörleifus (Leifus gladii) appellatus eſt. Multis in Hiberniæ locis piraticam exercuit, & magnam prædam reportavit, ibi decem ſervos cepit, quorum nomina ſunt: Dufthakns, Geirraudns, Skialldbiörn, Hallthor, Drafdritus, cæterorum nomina ad nos non pervenerunt.

Örlygus nomen erat filio Rappi, filii Biörnis Bunæ, ille à Sancto Patricio Epiſcopo Hebridum enutritus fuit. Hujus animum cupido in Islandiam dimigrandi ſubiit, & patricium Epiſcopum nutricium ſuum, ut ſibi proſpiceret, rogavit. Epiſcopus illi materiam ligneam tradidit, templo exſtruendo

deſti-

arium, oc járnklokko, oc gullpenning, oc molld vígda, er hann ſkyldi leggea under hornſtafi, oc hafa þar fyrer vígslo, ſkyldi hann helga Kolumkilla. Þá mælti Patrekr Biſkup: hvargi er þú tekur land, þá bygdu þar at eins, at þú ſer þriú feöll af hafi, oc feörd at ſeá midlom hvers fealls, oc dal í hvario fialle. Þú ſkalt ſigla at eno ſydſta fiallino, þar man ſkógr vera, oc ſunnan under fialleno muntu riódur hitta, oc lagda upp edur reyſta þriá ſteina, bygdu þar kyrkeo oc bú þar. Örlygr let í haf, oc ſá madr á ödru ſkipi er Kollr het fóſtbróder hanns, þeir höfdo ſamflot. Á ſkipe var med Örlygi ſá madr er het Þórbeörn Spörr, annar Þórbiörn Tálkni, oc bróder hanns Þórbeörn Skúma, þeir váro ſyner Bödvars Blödruſkalla. Enn er þeir kvamo at landino, gerdi at þeim ſtorm mikin, oc rak þá veſtur um land. Þá het Örlygr á Patrek Biſkup fóſtra ſinn til landtöko þeim, oc hann ſkyldi af hanns nafni gefa örnefne þar ſem hann tæki land. Þeir váro þadan frá litla ríd ádur þeir ſá land, oc varo þá kvemner veſtur um landit. Han kvam ſkipi ſino í Örlygshöfn, oc þar inn kallad hann fiördin Patrixfeörd. Enn Kollr het á Þór, þá ſkildi í ſtorminom, oc kvam hann þer ſem Kollsvík heiter, oc braut

deſtinatam, plenarium, campanam ferream, A. D
numinum aureum & humum conſecratam, qvam columnis angularibus, conſecrationis loco, ſupponeret, templumqve Sancto Columkillæ dedicaret. Præterea Patricius Epiſcopus illi dixit: Ubicunqve ad terram appuleris, ibi tantummodo domicilium tibi eligito, ubi de mari tres montes & ſinus inter qvemvis montium, & vallis in qvovis monte, conſpiciendos ſe præbeant. Ad montem maxime meridionalem navem tuam dirigito, ibi ſylva erit, & a meridie montis locum arboribus nudatum, in qvo tres lapides erecti ſtabunt, invenies, ibi templum exſtruito & domicilium tibi conſtituito. Örlygus oceano ſe commiſit, ejusque ſocius altera navi vectus, nomine Kollus, hi itineris ſocii ad invicem concomitabantur. Eadem, qva Örlygus, navi vehebatur vir nomine Thorbiörn Spor, alter Thorbiörn Tálknius, ejusqve frater Thorbiörn Skuma, filii Bödvaris Blödruſkalli. Terram autem appropinqvantibus magna oborta eſt tempeſtas, qvæ illos occidentem verſus, terram prætervexit. Tunc Örlygus Patricio Epiſcopo nutricio ſuo, ut portum nanciſcerentur, votum vovit, locum ubi appellerent, ab ejus nomine denominandum fore. Paulo poſt terram vident, & ab occidentali terræ plaga ſe conſtitutos eſſe comperiuntur; ille navem ſuam in portum Örlygshöfn deduxit, ſinum autem, qvi inde porrigitur, Patrixfiörd appellavit. Kollus ab Örlygo durante tempeſtate

A. D. braut hann þar ſkip ſitt, þar váro þeir um veturin, enn háſetar hans námo þar ſumir land. Enn um varit beó Orlygr ſkip ſitt oc ſigldi brott med allt ſitt veſtan fyrer Bard, oc er hann kvam ſudr fyrer Faxaós, þar kenndi hann feöll þau er hanom var tilvíſat, þar fell útbyrdis járnklokkam oc ſöck nidur. Enn þeir ſigldo inn eptir firde, oc tóko þar land ſem nú heiter Sandvík á Kialarneſi, þar lá þá járnklokkan í þarabrúki.

Þórbiörn Svarti het madr, hann keypti land at Hafnar-Ormi inn frá Selaeyri oc upp til Forsár, hann beó at Skeleabrekko, hanns ſun var Þórvardr, er átti Þórunni dóttur Þórbearnar ór Arnarholti, þeirra ſyner váro þeir Þórarin Blindi, oc Þórgíls Orraſkálld, er var med Ólafi Kvoran í Dýflinni.

Madr het Kalman Sudureyſkr at ætt, hann fór til Íslands, oc kvam í Hvalfiörd, oc ſat vid Kalmansá um veturin. Þar drucknudu ſyner hanns tveir í Hvalfirdi, enn ſídan nam hann land fyrer veſtan Hvítá millom Flióta, Kalmanstúngu alla, oc ſva alit auſt under jökla ſem grös ero vaxin, oc bió i Kalmanstúngu. Hann drucknadi í Hvítá er hann hafdi farit ſudur í hraun at hitta

peſtate divulſus, Thoro votum vovit, & in loco nomine Kollsvik appulit, ibique naufragium fecit, ibi cum ſuis hyemavit, nautarum autem quidam ibi terram occupabant. Vere autem ſequente Örlygus navem ſuam paravit, & ſua omnia ſecum vehens ab occidente Bard præternavigavit, ubi autem Faxaos à meridie præterveheretur, montes ſibi deſignatos recognovit, ibi etiam campana ferrea, è navi excidens, fundum ſtatim petiit. Ille verò & ſocii per ſinum introrſum navigant, ibique appellunt, ubi tunc campana illa ferrea in algæ ejectitiæ congerie fuit.

Thorbiörn Svartus (Niger) nomen erat viro, qui territorium a Selaeyra usque ad Forſa ab Hafnar-Ormo emit; ille Skeliabrekkæ habitavit. Ejus filius erat Thorvardus, qui in matrimonio habuit Thorunnam, filiam Thorbiörnis de Arnarholto, quorum filii erant Thorarinn Blindius (Cæcus & Thorgils Orraſkald, qui Dublini cum Olao Kvorane commoratus erat.

Vir erat nomine Kalman, ex Hebudibus oriundus, ille in Islandiam transmigrans, in Hvalfiördo appulit, primamque hyemem apud Kalmanſa transeget. Ibi in (ſinu) Hvalfiörd, duo ejus filii ſubmergebantur, ille autem territorium poſtea ab occidente Hvita inter Fliotos (flumina), omnem (lingulam) Kalmanstungam, orientem verſus usque ad montes glaciales, quousque gramen creſcit, occupavit, & Kalmanstungæ

hitta fridlo ſína, oc er haugr hanns á Hvítárbakka fyrir ſunnan. Hanns ſun var Sturla Godi, er fyrſt beó at Sturluſtödum upp under Túngufelle upp frá Skáldſkelmisdal, enn ſídan bió hann í Kalmanstúngu. Hanns ſun var Bearni er deildi vid Rólf hinn Ýngra oc ſunu hanns um Túnguna litlu, þá het Bearni, at taka kriſtni. Efter þat braut Hvíta út farveg þann er nú fellur hún, þá eignadiſt Bearni Túnguna litlu, oc ofan um Grindur, oc Sölmundarhöfda.

Kýlan het madr, bróder Kalmans, hann beó fyrer nedan Kolshamar, hanns ſun var Kári, er deildi vid Karla Konalsſun á Karlaſtödum, leyſingia Rólfs ór Geitlandi, um uxa, oc reindiſt ſva at Karli átti. Sídan eggiadi Kári þræl ſinn at drepa Karla, þrællinn let ſem ær væri, oc lióp ſudur um hraun, Karli ſat á þreſkilldi, þrællin hió hann banahögg. Sídan drap Kári þrællinn. Þiódólfr ſun Karla drap Kýlan Káraſun í Kýlanshólum. Sídan brendi Þiódólfr Kára inni, þar ſem nú heiter á Brenno. Bearni Sturluſon tók ſkírn, oc bió á Biarnarſtödum í Tongunni litlo, oc let þar gora kyrkio,

tungæ habitavit. In (amne) Hvita ſub- A. D.
merſus eſt, dum per aſpretum meridiem verſus concubinam viſitatum profectus erat, ejusque tumulus in meridionali (amnis) Hvita ripa conſpiciendus eſt. Hujus filius erat Sturla Prætor, qui primo Sturluſtadis ſub (monticulo) Tungufell ſupra (vallem) Skaldskelmisdal, poſtea verò Kalmanstungæ habitavit. Ejus filius erat Biornius, qui cum Rolfo Juniore, ejusque filiis, controverſiam habuit de Tunga-Litla (lingula), tuncque Biarnius de religione chriſtiana amplectenda votum nuncupavit. Poſtea (amnis) Hvita alveum quo nunc fluit, violenter ſibi aperuit, & Biarnius tunc lingulam usque ad Grindas & Sölmundarhöfdum acquiſivit.

Kylan erat vir, frater Kalmanis, qui infra Kolshamar habitavit. Ejus filius erat Karius, qui litem habuit cum Karlo, filio Konalis & Karloſtadis, liberto Rolfi de Geitlandia, de tauro, quem Karlii fuiſſe exitus probavit. Poſtea Karius ſervum ſuum ad Karlium occidendum incitavit, ſervus vero delirium ſimulans, meridiem verſus per aſpretum cucurrit, & Karlium in limine ſedentem, lethali vulnere ſauciavit. Karius poſtea ſervum occidit. Thiodolfus filius Karlii, Kylanem filium Karii, in loco Kylansholar dicto necavit. Karium autem una cum domo incendio conſumſit (in loco, qui) hodie Brenna appellatur. Biarnus filius Sturlæ baptizatus fuit, & Biarnſtadis in lingula habitavit, ibique templum exſtrui curavit.

A. D. Audun Stoti ſun Vala hinns Sterka, hann átti Míruno dóttur Biadmaks Íra Kóngs, hann nam Hraunsfiörd allann fyrer ofan Hraun á midlom Svínavatns oe Tröllaháls, hann beó í Hraunsfirdi, hann var mikill fyrer ſer oc ſterkr, Þadan ero Straumfirdingar komner.

Beörn het ſun Ketills Flatneſs oc Íngvilldar dóttur Ketills Vedurs Herſis af Ríngaríki. Beörn ſat epter at eignom födurs ſíns Þá er Ketill fór til Sudureya, enn er Ketill hellt ſköttum fyrer Haraldi Kóngi hinom Hárfagra, Þá rak Kóngr Beörn ſun hanns af eignom ſínom, oc tók under ſic. Þá fór Beörn veſtur um haf, oc viildi Þar eigi ſtadfeſtaſt, oc eigi vid kriſtni taka ſem önnur börn Ketills, Því var hann kalladr Beörn hinn Auſtræni. Hann átti Giaflaugu Kiallaksdóttur, ſyſtur Biarnar hinns Sterka. Beörn hinn Auſtræni fór til Íslands oc nam land millom Hraunsfeardar oc Stafár, oc bió í Bearnarhöfn á Borgarhollti, oc hafdi ſelför upp til ſelia, oc átti raufnarbú.

Óleifr hinn Hvíte het Herkóngr, hann var ſun Íngialldz Kóngs Helgaſunar Ólafsſunar, Gudraudarſunar, Hálfdánarſunar Hvítbeins Upplendínga Kóngs. Óleifr hinn Hvíti heriadi í veſturvíking, oc vann Dýflina á Írlandi oc Dýflinnarſkídi,

Audunn Stotius filius Valii Sterki (Robuſti) in matrimonio habuit Mirunam filiam Biadmaki Regis Hiberniæ, & totum ſinum Raumsfiörd ſupra Hraun (aſpretuu) inter lacum Svinavatn & Tröllahalſum occupavit, & Hraunsfiordi habitavit. Ille ſtrenuus & robuſtus fuit, inde Straumfiordenſes oriundi ſunt.

Biörn nomen erat filio Ketillis Flatneſi (ſimi) & Ingvildæ, filiæ Ketillis Veduræ, Baronis de Ringarikia. Ketille Hæbudes petente, Biörn in patriis remanſit prædiis, cum autem Ketell tributa Haralldo Regi Pulcricomo (debita) retineret, Biörnem ejus filium Haraldus e prædiis expulit, ſuoque (illa) fiſco addixit. Tunc Biörn occidentem verſus per mare profectus, ibi nec ſedem figere, nec ut cæteri Ketillis liberi, religioni chriſtianæ nomen dare voluit, ideoque cognomen Biörn Auſtrænius (orientalis) illi adhæſit. Ille in matrimonio habuit Giaflaugam filiam Kiallaki, ſororem Biörnis Sterki (Robuſti). Biorn Orientalis Islandiam petiit, & territorium inter Hraunsfiördum & Stafa occupavit, Biarnarhöfnæ in Borgarholto habitavit, & magalia apud Selias habens, lauta uſus eſt re familiari.

Oleiſus Hvitus (Albus) nomen erat Regi Piratæ, qui filius erat Ingialdi Regis filii Helgii, filii Olavi, filii Gudraudi, filii Halfdanis Hvitbeinis (Albipedis) Regis Uplandenſium. Oleiſus Albus in occidente piraticam exercuit, ac Dublinum in Hiber-

nia

ſkidi, oc gerdiſt þar Kóngr yfer, hann feck Audar ennar Diúpaudgo dóttur Ketells Flatneſs, Þórſtein Raudr het ſun þeirra. Óleifr fell á Írlandi í orruſto, enn Audur oc Þórſteinn fóro þá í Sudureyar, þar feck Þórſteinn Þurídar dóttur Eyvindar Auſtmanns, ſyſtur Helga hins Magra, þau áttu mörg börn. Ólafr Feilan het ſun þeirra, enn dætur, Gró oc Ólof, Ósk oc Þórhilldur, Þórgerdur oc Vigdís Þórſteinn gordiſt Herkóngr, oc redſt til lids oc felags med Sigurdi Jarli enom Ríka, ſyni Eyſteins Glumru, þeir unnu Katanes oc Sudurland, Ros oc Merhæfi, oc meir enn hálft Skotland, var Þórſteinn þar Kóngr yfer ádur Skottar ſviko hann, oc fell hann þar í oroſto. Audur vor þá á Kataneſi er hún ſpurdi lát Þórſteins, hún let gora knör í ſkógi á laun, enn er hann var búinn, hellt hón út í Orkneyar, þá gipti hún þar Gró dóttur Þórſteins Rauds, hún var móder Greladar, er Þórfinnr Hauſakliúfr átti. Epter þat fór Audur at leita Íslands, hún hafdi á ſkipi med ſer tuttogo karla friálſa.

Kollr het madr Vedra-Grímsſun, Áſaſunar Herſis, hann hafdi forrád med Audi oc var virdr meſt af henni, Kollr

nia & Dubliniſkidum expugnavit, ubi & A. D.
Rex factus eſt. Ille Audam Diupaudgam
(profunde divitem) filiam Ketellis Simi
uxorem duxit, eorum autem filio nomen
erat Thorſteinn. Oleifus in Hibernia in
prælio cecidit, Auda autem & Thorſteinn
in Hæbudes demigrarunt, ubi Thorſteinn
Thuridam filiam Eivindi Oſtmanni uxorem
duxit, ex qua multos liberos ſuſcepit.
Olavus Feilan nomen erat eorum filio, filia-
bus autem Groa & Oloſa, Oſka & Thor-
hilda, Thorgerda & Vigdiſa. Thor-
ſteinn Rex pirata factus eſt, & ſuppetias
tulit, ſociumque ſe præbuit Sigurdo Rikio
(Potenti) Comiti, filio Eyſtenis Glumræ,
illi Kataneſiam & Sudurlandiam (terram me-
ridionalem), Roſiam & Merhæſiam & ultra
dimidium Scotiæ expugnarunt, ibique Thor-
ſtein Rex erat, usque quo Scoti eum pro-
didere, ibique in prælio cecidit. Auda in
Kataneſo conſtituta de cæde Thorſtenis cer-
tior facta, navem onerariam clam in ſylva
ſtrui fecit, qua parata, Orcades petiit, ubi
Groam filiam Thorſteinis Raudii (Rufi) elo-
cavit, illa mater erat Greladæ, uxoris
Torfinni Hauſakliufi (crania findentis). Au-
da deinde Islandiam petitum iit, in navi
autem, qua ipſa vehebatur, viginti viros
conditionis liberæ ſecum habuit.

Kollus nomen erat viro, filio Vedra-
grimi, filii Aſii Baronis, ille ab Auda
maxime honoratus, ejus rei familiari præ-
fuit. Kollus Thorgerdam filiam Thorſtei-
nis

A. D. átti Þórgerdi dóttur Þórſteins Rauds. Erpr het leyſíngi Audar, hann var ſun Melldúns Jarls af Skotlandi, þeſs er fell fyrer Sigurdi Jarli hinom Ríka, móder Erps var Mirgeol dótter Gliómals Íra Kóngs. Sigurdr Jarl tók þau at herfángi oc þiádi. Mirgiol var ambátt kono Jarls, oc þiónadi henne trúlega, hún var margkunnandi, hún vard veitti barn Drottníngar úborit, medan hún var í laugu. Sídan keypti Audur hana dýrt, oc het henni frelſi, ef hun þiónadi ſva Þúrídi kono Þórſteins Rauds, ſem Drottníngo. Þau Mirgiol oc Erpr ſun hennar fóro til Íslands med Audi. Audur hellt fyrſt til Færeya, oc gipti þar Ólöfu dóttur Þórſteins Rauds, þadan ero Götuſkeggear komner. Sídan
890. fór hún at leita Íslands, oc kvam á Víkarſkeid oc braut þar. Þadan fór hún á Kialarnes til Helga Biólu bródur ſíns, hann baud henni þar med helming lids ſíns, enn henni þótti þat varbodit, oc kvad han lengi lítilmenni vera mundi. Hún fór þá veſtur í Breidafiörd til Bearnar bródur ſíns, hann geck móti henni med húskarla ſína, oc letſt kunna veglyndi ſyſtur ſinnar, oc baud henni heim med alla menn ſína, oc þág hún þat. Epter um varit fóro þau Audur inn í Breidafeörd í landaleitan, þau

Adalradr Engla konungr vard ſottdaudr, þat ſama hauſt edr ſumar, er Knutr konungr kom með her ſinn til Englandz: hann hafdi þá verid konungr í Englanndi XVII vetr oc XX: Enn Emma Drotning, kona hans, biótz þegar eptir andlat hans, at fara af lanndi a brott: hon ætladi at fara veſtr til Vallandz, a fund brædra ſinna, Vilhialms oc Rodbertz: þeir voru Jarlar í Vallanndi: fadir þeirra var Rikardr Rudu Jarl, Rikardsſon, Vilhialms ſonar Langaſpiotz: hann var ſon Göngu-Hrolfs, þeſs er vann Nordmandi: hann var ſonr Raugnvaldz Mæra Jarls. Menn Knutz konungs urdu varir víd för Emmo Drotningar. Þá er hon oc menn hennar voru bunir til hafs, þá komu þar menn Knutz konungs, oc toku ſkipid oc allt þat er a var: fluttu þeir Drotningu a fund Knutz konungs: oc var þat rad höfdingia med konungi, at Knutr konungr ſkylldi fá Emmu Drotningar: oc ſva var giört.

REX CANUTUS EMMAM UXOREM DUXIT.

A. D. 1014.

Eodem tempore autumnali, vel æſtivo, quo cum exercitu Canutus in Angliam venit, Adalradus Anglorum rex, poſtquam triginta octo annos ſceptra Angliæ tenuerat, morbo vitam finivit. Tum defuncti conjux regina Emma e terra abitum paravit, cogitans in Flandriam ad fratres ſuos Vilhelmum & Robertum, Flandriæ Comites, ſe conferre. Horum pater fuerat Richardus, comes Rudenſis, filius Richardi ejus, qui Vilhelmo Longa-haſta genitus, avum habuerat Gongu-Hrolfum, Normanniæ domitorem, parente quondam editum Rögnvaldo, comite Mairenſi. Suboluit Canuti militibus iſtud Emmæ propoſitum; ideoque illam obſervantes, cum jam, comitatu ſuo cincta, parata eſſet ad navigationem, accedunt inopinantem, interceptamque cum navibus, & univerſo earum onere ad regem ſuum adducunt. Eam vero rex Canutus, ex conſilio ſuorum procerum, matrimonio ſibi jungit-

ERA JATMUNDI KONUNGI.

Eptir andlat Adalrads Konungs voru til konunga teknir ſynir hans oc Emmu Drotningar. Jatmundr enn ſterki var ellztr: annarr Jatgeirr: þridi var Jatvigr fiordi

DE REGE JATMUNDO.

Mortuo rege Adalrado, filii ejus, ex Emma regina procreati, reges eligebantur, quorum natu maximus erat Jatmundus Robuſtus, ſecundus Jatgerus, tertius Jatvigus,

A. D. 1014. fiordi Jatvardr enn godi: Jatmundr konungr dro nu her ſaman mikinn, oc for ſidan í moti Knuti konungi, oc vard fundr Þeirra Þar ſem heitir at Skorſteini, oc var Þat en frægſta orroſta, er i Þann tima hafdi verid: vard Þar ed meſta mannfall i hvarutveggia lidi. Jatmundr konungr reid fram i midian Dana her, oc kom ſva nær Knuti konungi, magi ſinum, at hann nadi til hans med ſverdzhöggvi: Knutr konungr ſkaut ſkilldinnm fram yfir hals heſtinum, er hann ſat á: enn höggid kom á ſkiölldínn, litlu fyrir nedan mundridann: oc vard höggid ſva mikid, at ſunndr tók ſkiölldinn, oc fyrir framan ſödulinn klauf hann í ſundr heſtinn í bogunum: enn Þá ſottu Danir at honum ſva faſt, at Jatmundr konungr ſneri Þá aptr til ſinna manna, oc hafdi hann Þá Þo adr drepid marga Dani, enn Konungrinn vard litt ſarr edr ecki. Enn er Konungrinn hafdi framm ridit allt fra lidi ſinu, Þá hugdu hans menn at hann mundi vera fallinn, er Þeir ſá hann hvergi, oc kom Þá flotti í lid Þeirra; enn ſumir ſa at hann reid undan Daunum: flydu Þá allir Þeir er Þat ſa, enn Konungr kalladi hatt, bad herinn aptr ſnua, oc beriaz, enn Þá let engi ſem heyrdi: flydi Þá allr herrinn, oc vard Þá einna akafazt mann-fallid, oc raku Danir flottann allt til nætr. Sva ſegir Ottarr Svarti:

gus, quartus Jatvardus Bonus. Jatmundus ingentem exercitum congregat, regiqve Canuto obviam procurrit. Congreſſique ad locum, qvi Skorſtein dicitur, ſummis utrinqve viribus conflixerunt, adeo ut hæc pugna ex utriusqve partis ſtrage inter clariſſima tunc temporis prælia æſtimaretur. Rex Jatvardus in medium Danorum exercitum eqvo incitato invectus eſt, ac a rege Canuto vitrico ſuo tam prope abfuit, ut gladii ictu eum propemodum tangeret: qvem vero ictum rex Canutus ſcuto, collo equi, cui inſidebat, impoſito, excepit. Tanto autem rigore gladium vibraverat Jatmundus, ut ſcutum, qvod gladius infra manubrium impactus percuſſerat, diſſecaret, collumqve equi ante ephipium diffinderet. Tunc confertim Dani tamqve acriter eum impetebant, ut ad ſuos reverti, poſtqvam multos Danorum occidiſſet, cogeretur, Canuto rege parum aut nihil vulnerato. Cumqve inter hæc Jatmundus longius ab exercitu ſuo digreſſus eſſet, exiſtimabant ſui ipſum occubuiſſe, nusqvam animadverſum, ideoqve fugam capeſſebant. Horum nonnulli, cum regem, Danis inſequentibus, eqvo fugere oculis deprehendunt, etiam ipſi fugiunt. Rex autem alta voce inclamat ſuos, ut ad prælium revertantur: qvod nemo non ſibi haud perceptum ſimulat, totusqve adeo exercitus in fugam ſe conjicit. Tumqve maxima ſtrages fieri, Danis fugientem multitudinem ad noctem usqve perſequentibus. De qvo Ottarus Niger ita canit:

FRA

DE

Ungr fylkir letztu Engla
All-nær Thesu falla
Flædi diupt of dauda
Dik Nordimbra likum.
Svefn braut svörtum hrafni
Sunnarr hautudr gunnar
Olli sofn enn snialli
Sveins maugr at Skorsteini.

" *Rex juvenis Anglos* A. D. 1014.
" *Prope Thesam graviter concidisti.*
" *Northmumbrorum fluvius, mortuorum*
" *Oppletus cadaveribus, exundabat.*
" *Infestis signis, longius in austrum progressus*
" *Bellator, interrumpebat nigro corvo somnum.*
" *Pugnam ciebat acer ille*
" *Svenonis filius ad Skorsteinum.*

FRA ULFI JARLI.

Ulfr Jarl var þá, enn sem optarr, í fremra lagi af mönnum Knutz konungs, oc fylgdi lengst flottamonnum: hann var þá komin í skog nockurn, sva þröngvan, at hann komz eigi or, á allri nottinni, fyrr enn lysti. Þá sá hann á vollum nockurum fyrir ser, at smali var rekinn, oc sveinn nockurr vel frumvaxta rak fed. Ulfr Jarl geck at sveininum, oc heilsadi honom, oc spurdi hann nafns: hann svaradi: ec heiti Gudini, edr ertu af Knutz mönnum: Ulfr Jarl svarar: Ec em einn vist af leidangrs mönnum hans, eda hversu langt er nú til skipa varra? ecki veit ec, seger sveinnin, at þer Danir megit venta af oss lidsinnis, oc hafi þer Danir helldr til annars giört. Ulfr Jarl svarar: þiggia munda ec nu þo af þer, sveinn, ef þu villdir greida ferd minna til skipa varra: sveinninn svarar, þu hefir beint þvers farid fra skipunum, oc langt a land upp, yfir eydiskoga: enn þer Knutz menn erud

DE COMITE ULFONE.

Hoc prælio quemadmodum sæpe alias, Ulfo comes inter Canuti regis primipilos dimicavit princeps, fugientesque quam longissime secutus est. Tandem in sylvam quandam incidit, tam densam arboribus, ut tota nocte exitum ex ea frustra quæreret. Illucescente vero die vidit in propinquo quodam campo puerum ætate adultiore, pecora agentem. Hunc accedit, salutatumque, qui nominis haberet, rogat. Respondit puer: Gudinus ego appellor: Tu vero, qui interrogas, an forte unus es militum regis Canuti? Regessit Ulfo: Sum quidem ex istorum numero: quanto vero a navibus Canuti spatio absim, mihi aperias, quæso. Ad quæ puer: Vos Dani a nobis nullo potestis beneficia exspectare, alia omnia promeriti. Comes Ulfo pergit: Nihilominus a te, puer, petam, ut quæ ad naves nostras ducat, mihi viam indices. Hinc puer, Tu quidem a navibus multum abes, longumque & transversum per inhospitas sylvas iter fecisti. Vos vero Canuti regis milites ingens apud omnes

A. D. 1014. ecki her miök þockadir af landz mönnum, oc þickir mönnum þo nockur varkunn til þeſs: enn nu er ſpurt í bygdina mannfall þat er vard í gær at Skorſteini, oc muntu hvergi grid hafa, oc engi annarra Knutz manna, ef bændr finna þik, oc ſva ef nockurr helpr þer: enn ſva litz mer a þik, ſem gott mannkaup muni i þer vera, oc ætla ec þik annan mann, enn þu ſegir. Ulfr Jarl tok þá gullhring af hendi ſer, oc ſegir; gefa vill ec þer hring þenna, ef þu vill fylgia mer til varra manna: Gudini ſa upp a hann um ſtund, oc mælti ſeint; eigi vill ec þiggia hringinn, enn freiſta mun ec nu, ef ec ma koma þer til þinna manna, oc vill ec helldr eiga undir þer launin, ef ec fæ þer nockvad vid holpid: enn ef þer verdr þetta at ongri lidveizlu, þa er ongra launa fyrir vert: ſkalltu nu fyrſt fara heim til fedr mins med mer: þeir giördu ſva. Enn er þeir komu til bæiarins, gengu þeir til litlu ſtofu, oc let Gudini ſetia þar bord, oc var þar gefinn godr dryckr. Ulfr Jarl ſa, at þar var godr huſa bær, oc vel buinn: þá kom til þeirra bondi oc hus-freya: þau voru fridir menn bædi, oc vel buinn: fögnudu þau vel geſtinum, oc ſat hann þar um daginn, oc var hann þar í enum bezta fagnadi. Enn í móti nott, voru þar bunir tveir godir heſtar med enu bezta reidi, þá mælltu

omnes terræ hujus habitatores & incolas, odium, maximo, ut nobis videtur, veſtro merito contraxiſtis. Jamque per omnia rura & habitacula ſtrages, quæ apud Skorſteinum heri contigit, nuntiata eſt, credamque nec te, nec alios quosquam Canuti milites usquam pacem habituros, ſi ruſtici in te incidant, nec eum, qui tibi aliquod auxilium præſtiterit, tutum eſſe futurum. Interim talis mihi tu videris, qui virtute polleas, neque dubito alium te eſſe quam dicis. Tunc comes digito annulum aureum detraxit, atque hunc, inquit, tibi annulum donabo, ſi me ad noſtros ducere velis. Gudinus eum aliquantulum intuens, tandem dixit: annulum accipere nolo; tentabo tamen, an te ducere ad tuos poſſim, quod ſi præſtitero, tuum erit deinde pro arbitrio remunerari. Sin vero nulli tibi adjumento opera mea fuerit, nulla remuneratione dignus ero. Age vero primum parentem meum adeamus. Conſentiens Ulfo eum ad patris domicilium ſequitur, quo cum veniunt, exiguum cœnaculum intrant, ubi Gudinus curat menſam inſtrui, potumque egregium comiti offerri. Videt Ulfo ditius inſtructum domicilium, ac, dum accumbitur, herum & heram, parentes Gudini, ad ſe ingreſſos, utrumque forma & habitu liberali, bene ac nitide hoſpitem excipientes, qui totum ibi diem hilare jucundeque conſumſit. Sub noctem, poſtquam ſterni duos equos egregios ac inſignibus parari phaleris curarant, demum his Ulfonem ver-

bis

mælltu þau vid Ulf: far þu nu vel, oc fæ ec þer i henndr ſon minn, þann einn er ec a: nu bid ec, ef þu kemr til Konungſins, oc megi þin ord nackvad ſtanndaz, þa kom þu honum þar i þionöſto, þvi at ecki ma hann med mer vera ſidan, ef varir landdzmenn ſpyria, at hann hafi þer a brott fylgt, hverſu ſem ec fæ unndan ſtyrt. Ulfr Jarl het þvi, at koma Gudina þar i ſveit. Gudini var enn fridazti madr ſynum, oc vel ordi farinn: bondi nefndiz Ulfnadr. Þeir Ulfr Jarl rida þa nott alla, enn at morni, þa er lioſt var ordit, koma þeir til ſkipa Knutz Konungs, oc voru menn a lanndi uppi: enn er þeir ſa Jarl oc kenndu hann, þa hurfu menn þegar at honum allir, oc fögnudu honum, oc þottuz hann or heliu heimt hafa: þvi at hann var ſva vinſæll at allir unnu honum hug-aſtum. Vard Gudini þá ed fyrſta viſs hverium hann hafdi fylgt. Jarl ſetti Gudina i hafæti hia ſer oc hellt hann at öllu ſem ſialfan ſic, eda ſon ſinn: oc er þat ſkiotazt af at ſegia, at Jarl gipti honum Gydu ſyſtur ſina: oc med fram kvæmd Ulfs Jarls oc lidveizlu, þá gaf Knutr Konungr Gudina Jarldom fyrir ſakir Ulfs Jarls mags ſins, voru ſynir þeirra Gudina oc Gydu, Haralldr Engla konungr, oc Toſti Jarl er kalladr var Treſpiot, Mauru-kari Jarl, oc Val-þiofr Jarl, oc Sveinn

bis compellant: Tu quidem nunc valeas; filium autem noſtrum, quem unicum habemus, tibi tradimus, hoc petentes, ut ubi ad regem veneris, ſi tua iſtud effici autoritate queat, in ejus familiam recipiendum cures: Namque hic morari non poteſt, ſi inaudiverint noſtrates, per eum te ad naves ductum eſſe; de nobis interim quid futurum ſit, certum eſt fortunæ committere. Facturum ſe, quod rogabant, Ulfo promittit. Erat Gudinus venuſta facie & loquela promtus. Pater ipſius Ulfnadus nominabatur. Comitatus ergo Gudino comes Ulfo tota iſta nocte equitando iter facit, qui luceſcente die ad naves regis Canuti perveniunt. Milites regii in terram exſcenderant, qui viſo agnitoque comite, ſinguli gaudio exultantes, tanquam ex orco revocatum excepere: tantopere enim omnibus amabatur, ut adverſo ab eo animo qui eſſet, nemo inveniretur. Tum primum Gudinus vidit, cui etiam monſtraverat. Gudinum in excelſa ſede comes ſibi proximum locat, eumque eodem cultu & honore affici, ac ſe ipſum filiumve ſuum curat. Denique ſororem ei ſuam, Gydam nomine, dat conjugem. Rex etiam Canutus comitis Ulfonis, affinis ſui, auctoritate motus, Gudinum ad dignitatem comitis evexit. Filii Gudino & Gydæ extitere, Haraldus rex Angliæ, comes Toſto cognomento haſta lignea, *comes Mörukauro, comes Valthioſus,* A. D. 1014.

&

A. D. 1014. Jarl: þadan er mart ſtormenni komid i Englanndi, oc i Danmörku, oc i Sviariki, oc auſtr i Gardariki: eru þat kon. unga ættir i Danariki. Gyda het dottir Haralldſ konungs Gudmaſonar: hana átti Valldamarr, Konungr i Holmgardi: þeirra ſon var Haralldr konungr: hann atti dættr II, er enn ſkal fra ſegia ſidarr.

& comes Sveno: unde multi in Anglia, Dania, Svecia & Ruſſia magnates, nec non quidam Daniæ reges genus ſuum deducunt. Filia Haraldo Gudini filio, Gyda nomine fuit, quam Valdemarus Holmgardiæ rex uxorem duxit, ex quo conjugio natus. Haraldus rex duas habuit filias, de quibus inferius dicetur.

FRA KNUTI KONUNGI.

Knutr Konungr atti adra orroſto vid borg þa, er Brandfurda heitir: vard þar enn mikil orroſta, oc hafdi Knutr konungr ſigr, enn Adalrads ſynir flydu, oc letu lid mikid, enn Danir brutu borgina. Sva ſegir Ottarr Svarti:

Fiörlauſa hyk Friſi
Fridſkerdir þeir giördu
Brauztu med bygdu ſetri
Brandfurdu þer rannda
Jatmundar laut unndir
Æt-nidr göfugr hættir
Danſkr herr ſkaut þa dörrum
Drott er þu rakt flotta.

DE REGE CANUTO.

Rex Canutus ad urbem Brand-furdam dictam iterum prælium commiſit, quo victor, filios Adalradi fugavit, magnamque exercitus eorum partem proſtravit, urbs vero a Danis ſolo æqvata. De hoc ita Ottarus Niger:

"Exanimes & jam jam exſpirantes exiſtimo eſſe
"Friſones, qvi pacem violarunt.
"Brandfurdam cum habitaculis ſolo æqvaſti.
"Nobilis Edmundi filius ſeſe tibi ſubjiciens
"A pugna deſtitit.
"Tela emittebat Danorum exercitus,
"Cum tu interea fugientes proſequeris.

Knutr Konungr atti ena þridu orroſtu vid Adalradſyni, þar ſem heita Aſſatun: vard þar enn mikil orroſta: þat er nordr fra Danaſkogum. Sva ſegrr Ottarr:

Tertium Canutus cum Adalradi filiis conflixit. Locus Aſſatun dicitur: qvi locus Danorum ſylvam a borea attingit. Ottarus ita:

Skiölld-

"Per-

Skiölldungr vantu und ſkilldi
Skæru verk enn ſterki
Feck blod-trani bradir
Brúnar Aſſatunum:
Váttu enn valfall Þotti
Verdung jöfurr ſverdi
Nær fyrir nordan ſtoru
Nafngnog Dana ſkoga.

"*Peregiſti, rex fortis, ſub ſcuto tuo* A. D.
"*Acerrimæ cædis opus.* 1014.
"*Apparavit enſis dapes*
"*Corvis nigras Aſſatunis*
"*Ad ſylvam Danicam, boream verſus,*
"*Gladio tuo, Rex inclyte, ſtragem edidiſti:*
"*Ceciditqve in eo prælio*
"*Magna aulicorum turba.*

Knutt Konungr atti ena fiordu orroſtu vid Jätmund Konung oc Þa brædr i Nordrvik: vard Þar enn mikil orroſta, oc mannfall mikit: oc feck Knutr Konungr ſigr, enn Adalrasſynir flydu. Sva ſegir Ottarr Svarti:

Qvarta pugna cum Jatmundo fratribusqve ejus pugnata Canuti regi ad Nordvicum: ubi ſummis utrinqve viribus certatum eſt, ingensqve ſtrages edita. Canutus ſuperior, Adalradi filios in fugam dedit, de qvo Ottarus Niger:

Biodr vantu bryniur raudar
Blidr ſtor giafa ſidan
Lætr Þu önd adr Þrek Þrioti
Þinn fyrir Nordvik innan.

"*Magnorum hilaris donorum largitor,*
"*Rubras etiam loricas deinde perfregiſti.*
"*Erit qvidem tempus, qvo animam exhalabis;*
"*Verum nunqvam illa tua*
"*In Nordvicenſi agro parta intercidet gloria.*

FRA KNUTI KONUNGI.

Sidan helldr Knutr Konungr öllu lidinu til Tempſar; Þviat hann ſpurdi at Jatmundr Konungr oc Þeir brædr hefdi flyid til Lundunaborgar. Enn er Knutr Konungr kom til Tempſarmynnis, Þa ſigldi Þar af hafi utan Eirikr Jarl Hakonarſon, magr hans, oc funduz Þeir Þar, oc laugdu ſidan upp i ana med herinn. Sva ſegir Þordr Kolbeinsſon i Eiriks drapu:

DE CANUTO REGE.

Deinde omnem exercitum Canutus ad Tameſin fluvium duxit. Audiverat enim regem Jatmundum fratresqve ejus Londinum ſe contuliſſe. Cum vero advectus rex Canutus ad oſtium Tameſis veniret, claſſem & eo comes Erikus Haqvini filius, affinis regis, appulit. Ab hoc itaqve occurſu oſtium amnis cum exercitu ambo ingrediuntur. Quemadmodum hac de re Thordus Colbeni canit in ſuo de comite Eirico carmine:

A. D 1014.

Itr þrifuz iöfra hlæti
Egg-vedrs i för feggia
Skeid hellt mörg i modu
Mis-laung fem ec vifla.
Bla-dyrum hellt baru
Brandz fva nær lanndi
Ullr at Enfka völlu
Ættftorr fia knatti.

Oc enn kvad hann:

Enn at eyrar grunni
Endr fkiölldungum renndi
Sa er kiöl-slodir knidi
Knutr langfkipum utan
Vard þar er villdu fyrdar
Varrlad koma badir
Hialmads Jarls oc hilmis
Hægr fundr a þvi dægri.

Ut i anni Temps var giörr kaftali mikill, oc fettr þar i herr mannz til landvarnar, at eigi fkylldi fkipa herr mega upp fara i ana. Knutr Konungr lagdi þegar upp i ana oc at kaftalanum, oc bardiz vid þa, enn Enfkir menn lögdu fkipa her fra Lundunum, oc ut eptir anni, laugdu þeir til orroftu vid Dani. Sva fegir Ottarr Svarti;

Framm geck enn þar er unnud
Almr gall hatt vid malma
Knattud slæ þar enn fottud
Sverd kaftala verda:
Unnud eigi minni
Ulfs gómr veit þat romu
Hnackir hleypi blacka
Hlunz a Temps-ár grunni.

AT-

"In illa fortium virorum expeditione
"Egregie procedebant regum negotia.
"Multæ magnitudineqve difpares intrabant,
"Enfem vibrans (i. e. Rex bellicofus) undivaga
"Cærulei coloris monftra (i. e. naves)
"Adeo prope terram agebat,
"Ut fubjectos late oculis fuis campos Angliæ
"Habuerit generofus.

Porro Ottarus:

"Denuo in vadis terræ adverfus reges tendebat
"Maris fulcator Canutus,
"Ex terris procul diffitis, navibus vectus.
"Evenitqe, ut in loco, multum defiderato
"Uterqve exercitus conveniret,
"Galeati nimirum comitis ille, ac regius,
"Et illo qvidem die congreffus fieret
"Pacatus & amicabilis.

Erat in fluvio Tamefi propugnaculum factum, cui ad defenfionem terræ impofiti milites, ne in fluvium claffis penetraret. Rex tamen Canutus fluvium protinus claffe intrat, caftellumque adit oppugnatqve. Angli fecundo fluvio fuam Londino claffem educunt, atqve ad pugnandum cum Danis inftruunt. De qvo etiam audiatur Ottarus Niger:

"Progrediebatur adhuc, ubi viciftis.
"Arcus magno fonitu æreas loricas feriebat.
"Cum caftella oppugnaretis,
"Hebetabantur gladii.
"Nihilominus victoriam inde reportafti,
"Velocis inftructiqve carina
"Eqvi (i.e. navis) moderator,
"In vadis Tamefis.

DE

ATSOKN KNUTZ KONUNGS.

Knutr Konungr lagdi öllum hernum upp til Lundunaborgar, oc ſetti þar um herbudir ſinar: ſidan veittu þeir atſokn til borgarinnar, enn borgar menn vördu. Sva ſegir i flocki þeim, er þa var ortr af lids mönnum.

Hvern morgin ſer horna
Hlöck a Tems-ár backa
Skala hanga ma hungra
Hræ-ſkod litud blodi
Hve ſigr-fikinn ſækir
Snarla borgar karla
Dynr a Brezkar bryniur
Blod-is Dana viſi.

Oc enn þetta:

Margr ferr ullr i illan
Od-ſennu dag þenna
Frar þar fæddir varum
Fornan ſerk um bornir:
Enn a Enſkra manna
Ölum giod hnikars blodi
Ært mun ſkalld i ſkyrtu
Skædaz hamri ſæda.

Knutr Konungr atti þar marga bardaga, oc feck eigi unnid borgina.

DE OPPUGNATIONE A CANUTO REGE PERACTA. A. D. 1014.

Porro Canutus rex exercitum omnem Londinum duxit, caſtraque ad urbem metatus eſt. Inde oppugnare urbem coepit, civibus eam ſtrenue defendentibus: veluti ex verſibus, tunc ab exercitu cantatis, diſcitur:

"Qvovis mane cernitur corvus in ripa Tameſis.
"Neqve eſt, qvod famem pertimeſcat avis Odini.
"Dum videt corpora ſangvine rorantia,
"Et qvam acriter a victoriæ cupido exercitu
"Ad puguam cives provocantur,
"Qvantoqve eum ſtrepitu
"Sangvineus Regis Danorum grando
"Loricis inſonat Britannorum.

Porro & hoc:

"Hodie, qvo prælium committendum,
"Multi milites, procul a natali ſolo,
"Infauſtam illam tunicam & veterem induent.
"Nosqve Anglorum
"Sangvine Odini milvum nutricmus.
"Qvid? qvod ipſe hæc canens poëta,
"Loricatus & alacer pugnæ ſe immiſcebit.

Attamen, multis licet prœliis ibidem commiſſis, rex Canutus in expugnanda urbe fruſtra fuit.

FRA EIRIKI JARLI.

Eirikr Jarl for med ſuman herinn upp a lanndit, oc fylgdu hönum þingamenn,

DE COMITE ERICO.

Ericus comes cum nonnulla exercitus parte in terram deſcendit, eumqve contra Anglos

A.D. 1014. i moti Enſkum her, er fyrir red Ulfkell Snillingr, mikill höfdingi: vard þar orroſta, oc hafdi Eirikr ſigr, enn Ulfkell flydi. Sva ſegir Þordr Kolbeinsſon i Eiriks drapu:

copiæ ſociales ſecutæ. Ab Anglorum parte Ulfkelus Snillingus, hoc eſt, Audax, vir oppido excellens, præfuit. Tunc prælium exarſit, quo Victoriam Ericus adeptus, Ulfkelum fugavit: tradente in carmine, quo Erici laudes perſecutus eſt, Theodore Colbeni filio.

Gullkennir let gunni
Grædis heſtz fyrir veſtan
Þundr va leyfr til lannda
Lundun ſaman bundit;
Feck regn-Þorinn recka
Rönn af Þingamönnum
Æglig högg þar er eggiar
Ulfkels bla ſkulfu.

"*Auro decoratus (Rex) navibus bellum intulit*
"*Regioni ad occidentem ſitæ.*
"*Terrâ idem, nec non Londino,*
"*Per cædem atqve ſtragem potitus eſt.*
"*Milites, qvorum & ingens robur,*
"*Et numerus cum imbrium guttis comparandus,*
"*Formidandos ictus ſuſtinuere,*
"*Ferentibus Thingmannis, (i. e. militiæ ſociis),*
"*Interim acies cærulea (gladii) intremuit.*
"*Vibratiqve enſes ſonitum dedere,*
"*Qvalem ſolent qvercus vi ventorum agitatæ.*

Adra orroſtu atti Eirikr Jarl a Hringmaraheidi vid Enſkamenn. Sva ſegir Þordr Kolbeinsſon:

Alterum prælium Ericus in Hringmaraheida cum Anglis conſeruit. De iſto idem Theodorus Colbeni:

Hvatr vann freyr a flotta
Folk-ſtafns ſa er gaf hrafni
Sollid holld ne ſialldan
Sverdz eggia ſpor leggi
Sniallr let opt oc olli
Eirikr bana þeirra
Rand Hringmaraheidi
Herr Engla lid þverra.

"*Militiæ nauticæ ductor vulnera intulit,*
"*Stragemqve edidit qvæ lividæ & cruentæ*
"*Carnis affatim corvo objecit.*
"*Mucronis frequentes apparent notæ,*
"*Qvibus hoſtium crura inſignivit,*
"*Dum necem illis ſtruebat Ericus*
"*Iſte animoſus, atqve inferebat.*
"*Tesqva cruentavit Hringmarina,*
"*Anglorumqve copias redegit ad paucitatem.*

Þar hafdi Eirikr Jarl ſigr. Enn ſegir Þordr Kolbeinsſon fleira i Eiriks drapu fra hernadi hans:

Itidem hic victoria penes Eiricum fuit. Ceterum de iſta ejus invaſione amplius commemorat Thordus Colbeni hoc carmine:

Gengu

Ex-

Gengu upp þeir er Englum
Ar hrafn gefendr váru,
Langa ſtund a lanndi
Leidir upp fra ſkeidum:
Enn i gegn þeir er gadu
Glaum-ſkers bæi veria
Gallt hialmad lid hiallta
Her-ferd bændr giördu.

"*Exſcenſionem e navibus fecere,*
"*Qvi Anglos primo mane*
"*Ad corvorum victum mactaturi erant.*
"*Longum iter emenſi ſunt.*
"*Milites terra excipit.*
"*Adverſus hos arma capiunt copiæ galeatæ,*
"*Exſtructas ad hilaritatem*
"*Conviviorum domos defenſuræ.*

A. D. 1014.

SÆTT KONUNGA.

Knutr Konungr ſat um Lundunaborg, enn Jatmundr Konungr oc þeir brædr vördu borgina, þa foru menn a millum þeirra: Knutr Konungr atti Emmu Drotning, modur þeirra, oc kom ſva, at gislar voru ſettir a millum þeirra, oc voru grid ſett til tals oc umleitanar meiri fætta: oc a þeim ſtefnum var fætt giör millum þeirra: ſva, at ſkipta ſkylldi i helminga lanndi med þeim, oc hafa halft riki hvárr, medan þeir lifdi: enn ef annarrhvarr anndadiz barnlauſs, þa ſkylldi ſa taka allt rikit med frialſu, er eptir lifdi; oc var ſu fætt eidum bunndin. Heidrekr Striona het einn rikr madr, er fe tok til þeſs af Knuti Konungi, at hann ſviki Jatmund konung, oc dræpi hann med mordvigi, oc þetta vard hans bani: Heidrekr var þo foſtri Jatmundar Konungs, oc trudi hann honom ſem ſialfum ſer. Sidan rak Knutr Konungr braut af Englandi alla ſonu Adalrads Konungs, oc urdu um þat

DE PACE INTER REGES INITA.

Londinum obſidione premebat rex Canutus, quam urbem Jatmundus fratresque illius omni opera defendebant, legatis ab utraque parte inter eos commeantibus. Iſtorum matrem Emmam in matrimonio (ut dictum) Canutus habuit. Tandem eo res venit, ut obſides mutui traderentur, pactis, donec pax firmior conciliaretur, induciis. Convenitur utrinque: atque his demum conditionibus pax initur, ut terra inter eos æqualiter divideretur, dimidiam uterque regni partem, dum in vivis eſſet, regeret, mortuo vero ſine liberis alterutro, is qui ſuper eſſet, totum regnum acciperet: quæ jure jurando ab utraque parte confirmata pactio. Erat tunc temporis inter Anglos vir potens, Heidricus Striona nomine: Is a rege Canuto pecunia corruptus eſt, ut Jatmundum clam interficeret. Hoc modo Jatmundus rex periit, cujus tamen nutricius iſte Heidricus fuerat, atque eidem Jatmundus haud ſecus quam ſibi ipſi fidem habuerat. Deinde Canutus omnes Adalradi regis filios profli-

gatos

A.D. 1014. orroſtu-flög mörg, enn eigi fengu þeir ſtyrk fiöl-mennis i moti Knuti Konungi, ſidan Jatmundr Konungr var drepinn. Sva ſegir Sighvatr ſkalld i Knutz drapu:

Ok ſenn ſonu
Slo hvern oc þo
Adalrads eda
Utflæmdi Knutr.

gatos ex Anglia ejecit, poſtquam non paucis eos prœliis fatigarat. Illi vero interemto Jatmundo rege, ad obſiſtendum Canuto nimis infirmis erant viribus. Hujus rei memoria extat in carmine Sighvati poëtæ de Canuti regis geſtis:

"Attamen ſingulos
"Deinceps filiorum Adalradi
"Vel interfecit Cnutus
"Vel proſcripſit.

Synir Adalrads Konungs voru þa veſtr i Vallandi i Nordmandi, oc voru þar lengi med modurbrædrum ſinum, Rodbert oc Vilhialmi, ſva ſem ſagt er i ſögu Olafs ens helga. Eirikr Jarl Hakonarſon andadiz a Englanndi, oc var hann þa buinn til Rum ferdar: honom var ſkorinn ufr, oc vard eigi blod ſtödvad, feck hann af þvi bana. Knutr Konungr oc Emma Drotning attu III börn. Haralldr var ellztr: annarr Hardaknutr: dottir þeirra var Gunnhilldr, er ſidan var gipt Heinreki keiſara enum Millda, er in þridi var ſinna langfedga med þri nafni: Sveinn het enn þridi ſon Knutz Konungs: hans modir var Alfifa en Rika, dotter Alfruns Jarls.

Filii deinceps Adalradi ad Flandros ac Nordmannos ſeſe recepere, ubi diu apud avunculos ſuos Rodbertum & Vilhelmum vivebant, ſicut in hiſtoria Sancti Olavi ſcriptum. Comes Ericus Haqvini filius in Anglia diem obiit, cum jam ad iter Romanum paratus eſſet. Uvulam ſibi ſcindere curavit, unde fluxus ſanguinis obortus nullo remedio ſiſti potuit, adeoqve is caſus comiti finem vitæ attulit. Canuto regi ex Emma tres liberi procreati: Eorum Haráldus natu erat maximus, deinde Horda-Cnutus, atqve filia Gunhilda, quæ poſtea Henrico Largo, imperatori, qui ſui generis tertius ſolet appellari, nupſit. Ceterum & tertium rex Cnutus filium habuit Svenonem dictum, cui vero mater fuerat Alfifa Potens, filia comitis Alfruni.

VIG KOLS ÞORSTEINSSONAR.

1015. Kári Solmundarſon ſagdi Skeggia bónda at hann villdi at hann fengi honom ſkip. Skeggi

CÆDES KOLI THORSTEINIS FILII.

Karius Sölmundi filius hoſpiti Skeggio innuit optare ſe, ut navem ſibi ſuppeditaret, ab eo-

que

Skeggi bondi gaf Kára langſkip alſkipat, ſtigu þeir þar á Kári ok Davíðr hviti oc Kolbeinn ſvarti, ſigldu þeir Kári nú ſudr fyrir Skotlandzfiordu, þar fundu þeir menn or Sudreyium, þeir ſaugdu Kára tídindin af Irlandi, oc ſva þat at Floſi var til Bretlandz farinn oc menn hans. Enn er Kári ſpurdi þetta ſagdi hann felaugum ſínum at hann villdi hallda ſudr til Bretlandz til mórz vid þá Floſa, bad hann þá þan ſkiliaz vid ſitt faurunæyti er þat þætti betra, oc qvaz at ongum manni vilia veel draga at hann letz enn á þeim hafa úheſnt harma ſinna. Allir keyru honom at fylgia, ſiglir hann þá ſudr til Bretlandz oc laugdu þar at í leynivag einn. Þenna myrgin geck Kolr Þórſteinsſon í borg at kaupa ſilfr, hann hafdi meſt hædiyrdi vid af brennumonnum. Kolr hafdi talat margt vid frú eina ríka oc var miok í gadda ſlegit at hann mundi fá hennar, oc ſetiaz þar. Þenna in ſama myrgin geck Kári oc í borgina, hann kom þar at er Kolr taldi ſilfrit. Kári kendi hann oc hlióp at honom med ſverd brugdit oc hió á hálſinn. enn hann taldi ſilfrit, oc nefndi haufudit X er þat fauk af bolnum. Kári mælltı: ſegi þat Floſa at Kári Solmundarſon hefir

qve navim longam a rebus omnibus paratam dono accepit. Hanc ipſe, David Albus *& Kolbein* Niger *conſcenderunt, & ſinus Scoticos auſtrum verſus trajecerunt, ubi qvosdam Aebudenſes nacti, qvi qvæ geſta in Hibernia fuerant, Kario nuntiavére; ſimulqve Floſium & ſuos profectos ad terram Britonum eſſe. Qva re audita ſociis oſtendit Karius ſe ad terram Britonum in occurſum Floſianis navigare velle; tum qvemqe a comitatu ſuo, cui id utilius videatur, diſcedere jubet; nolle ſe per dolos qvemqvam circumducere teſtatus, qvod ſe in illis (Floſianis) injurias ſuas nondum cenſeret penitus vindicáſſe. Omnibus eum ſequi præoptantibus, mox ad terram Britonum auſtrum verſus vela dedit, ibiqve in ſ..eſſum qvemdam infrequentiorem navem introduxit. Hac die mane Kolus Thorſteinis filius oppidum comparandi argenti cauſa ingreſſus, (qvi maximam verborum contumeliam adhibuerat præ cæteris incendiariis,) multa cum matrona qvadam opulente fuit confabulatus; ac pæne clavo trabali fixum erat, ut hanc uxorem adipiſceretur, atqve ibidem conſideret. Hoc ipſo mane Karius in idem oppidum egreſſus, ſorte, ubi Kolus argenti numerum inibat, devenit: qvo recognito, protinis in hominem diſtracto gladio involat, & collum percutit; ille vero argentum computabat, caputqve, ubi detruncatum efflueret, X. (numerum denarium) addidit. Tum Karius: Dicite Floſio Kolum Thorſtani a Kario*

A. D. 1015.

A.D. 1015. vegit Kol Þorſteinsſon, lýſi ec vígi Þeſſu mer á hendr, geck Kári Þá til ſkips ſíns, ſagdi hann Þá ſkipverium ſínum vígit: Þá ſigldu Þeir nordr til Beruvíkr oc ſettu upp ſkip ſitt oc fóru upp í Hvítzborg í Skotlandi oc voru med Melkolfi Jarli Þau miſſeri. Enn er Floſi frettir víg Kols býr hann um lík hans oc gefr ſe mikit tíl legs honom. Floſa ſtucku alldri hermdar yrdi tll Kára.

Kario Solmundi filio cæſum eſſe, meque authorem cædis nominaſſe. Qveis dictis navem adiit ſociisqve rem geſtam narravit. Vela facientes ſeptentrionem verſus ad Bervicam ierunt, ubi nave ſubducta, in urbe Scotiæ Hvitsburgo Melcolfum Comitem conveniebant, & apud eum aliqvo tempore manſerunt. Accepto de cæde Coli nuntio Floſius exſeqvias amico parat & pro ejus ſepultura ſummam pecuniæ largam erogat, verbis in Karium vindicibus ſemper abſtinens.

FRA FLOSA OC KARA.

1016. Nú er at ſegia frá Kára, at um ſumarit eptir fór hann til ſkips ſíns oc ſigldi ſudr um fiá oc hóf upp ſudrgaungu ſína í Nordmandi oc geck ſudr oc Þág lauſn. oc fór aptr ina veſtri leid oc tók ſkip ſitt í Nordmandi oc ſigldi nordr um ſiá til Dofra á Englandi, Þadan ſigldi hann veſtr um Bretland oc ſva nordr fyrir Skotlandzfiordu oc lettu eigi fyrr ferd ſinni enn hann kom í Þrasvík á Kataneſi til Skeggia bónda, feck hann Þá Þeim Kolbeini oc Davidi byrdinginn, ſigldi Kolbeinn Þeſsu ſkipi til Noregs, enn Davidr var eptir í Fridarey. Kári var Þenna vetr á Kataneſi, á Þeſsum vetri andadiz húsfreya hans á Islandi. Skeggi feck honom byrding. voru Þeir Þar á XVIII.

DE FLOSIO ET KARIO.

Jam ad Karium narratio redit: æſtate ſequente navim aſcendit & ex Normannia iter Romanum orditur, abſolutionem nacturus. Quo facto in Normanniam reverſus per mare Dofram Angliæ transit, indeqve Bretlandia præternavigata ſinibusqve Scotiæ, Thrasvicæ in Cataneſia apud Skeggium ſubſtitit, Kolbanoqve & Davidi navem dedit, qva in Norvegiam ille vehebatur, hoc in Fridareya remanente. Karius hiemem in Cataneſia eget, qva ejus uxor in Islandia mortua eſt. In Islandiam ituro hoſpiti Skeggius navim obtulit, XVIII viris inſtructam.

SVEINN KONUNGR KOM I NOREG.

*) I þann tima er Knutr Konungr red Englandi oc Danmörk, þa red Olafr Haralldsſon fyrir Noregi. Enn er Olafr Konungr kom þar til rikis, þa ſtucku or landi fyrir honom Sveinn Hakonarſon, oc Hakon Jarl Eiriksſon, ſyſturſon Knuts Konungs: hann for til Englanndz a fund Knutz Konungs frænda ſins, oc tok hann vel vid honom: ſidan ofridadiz med þeim Olafi Konungi oc Knuti Konungi. Knutr Konungr oc Hakon Jarl komu i Noreg med her ovigian: var þat ovarla a dögum Olafs Konungs, og laugdu þeir lannd allt undir ſik. Knutr Konungr ſetti þa Hakon frænda ſinn til rikis i Noregi, enn hann for þadan til Danmerkr, enn Olafr Konungr flydi þa landid, oc for þa auſtr i Garda riki, oc kom aptr i Noreg tveim vetrum ſidarr, oc atti þa orroſtu mikla a Stiklarſtödum vid lenndamenn ſina: er þa höfdu giörz honom o-truir, oc voru þa motſtödu menn hans: þar fell Olafr Konungr, ſem alkunna er ordit, oc er hann heilagr, oc liggr i ſkrini i Nidar-oſi. Hakon Jarl Eiriksſon tyndiz i Englandz hafi einum vetri adr Olafr Konungr enn helgi fell: þa kom Sveinn, ſonr Knuts Konungs oc Alfifu i Noreg, oc var hann þa til konungs tekinn yfir lannd

(*) *De his fuſius in ſupplementis.*

DE REGIS SVENONIS IN NORVEGIAM ADVENTU.

A. D.

Cum Angliæ ſimul & Daniæ imperitaret Cnutus, Norvegiam rexit Olaus Haraldi filius, qui cum reipublicæ gubernacula capeſſeret, metu ipſius potentiæ e Norvegia diſceſſere Sveno Haqvini filius, & comes Haqvinus Erici filius, Canuti regis ſorore prognatus. Hic igitur avunculum ſuum 1025. *Cnutum, tunc in Anglia conſtitutum, adiit, qui eum benigne excepit. Inde inter reges Olavum & Canutum inimicitiæ extiterunt. Canutus & comes Haqvinus cum ingenti ex-* 1026. *ercitu Norvegiam invadunt ſub extrema regni Olavi tempora, totamqve ſibi regionem ſubjiciunt. Haqvinum comitem Cnutus, cognatum ſuum, Norvegiæ rectorem conſtituit, ipſe vero in Daniam proficiſcitur. Olavus e Norvegia fugiens, in Ruſſiam ſe recipit. Biennio poſt in Norvegiam redit, atqve cum baronibus regni ſui, qvi per ſummam infidelitatem impia contra ipſum arma ſumſerant, in prælio Stiklarſtado aterrima pugna decertavit. Iſtic rex Olavus occubuit, ut vulgo notum. Hic Sanctorum in numero habetur, corpusqve ejus ſcrinio incluſum, Nidroſiæ aſſervatur. Comes Haqvinus mari Anglico* 1029. *ſubmerſus eſt, anno priusqvam Sanctus Olavus decederet. Mox Sveno, Canuti regis & Alfifæ filius, in Norvegiam venit, jubenteqve Canuto parente, totius Norvegiæ rex* 1030. *creatur.*

A.D. circa 1026. lannd allt, at til-ſkipan Knutz Konungs födur ſins. Knútr Konungr ſetti Haurdaknut, ſon ſinn, yfir Dana veldi, oc ſkylldi hann þar Konungr vera. Knutr Konungr hafdi oc til forrada mikinn hlut af Skotlandi, oc ſetti hann þar Haralld ſon ſinn Konung yfir; enn þo var Knutr Konungr yfir-konungr allra þeirra. Hann var kalladr Knutr enn Riki eda Knutr Gamli: hann hefir verid rikaztr Konungr oc vid-lendaztr a Danſka tungu. Knutr Konungr byriadi ferd ſina or lanndi i brott, oc for hann ſudr til Rums, oc hafdi hann i þeirri ferd ſva mikin fekoſtnad, at engi madr kunni markatal um, oc varla punnda tal: hann hafdi of lausafiar af ſinu riki, enn tok Keiſarans fe at frialſu, hvar ſem hann vildi. Medan Knutr Konungr var a Ruma vegi, þa þyrfti engi madr ſer matar at bidia, ſa er hanns fundi matti na; ſva gaf hann öllum noga ſkotpenninga. Knutr Konungr geck af Flæmingia landi til Romaborgar: Sva ſegir Sighvatr Skalld:

Sva mun fár ſcrill
Fetum ſudr metinn
Hring-drifr hafa
Höfud fremſtr jöfurr.

Knutr

creatur. Horda-Cnutum vero filium regno Daniæ Canutus rex præfecit, itidem cum poteſtate regia. Habebat præterea rex Canutus in ſua poteſtate magnam Scotiæ partem, cui Haraldum, itidem filiorum unum, regem præpoſuit: in hæc omnia tamen ſupremo ſibi & imperio & regis titulo reſervato. De quo & iſtud prædicatur, quod cum omnes, qui Danicam, hoc eſt, ſeptentrionalem lingvam unqvam uſurparunt, reges opibus & potentia ditionumqve amplitudine antecelleret, vulgo Canutus potens vocetur, alias grandævi cognomento notus. Tandem & peregrinatione ſuſcepta, Romam proficiſcitur. In qvo itinere tantum pecuniæ expendit, ut marcarum haud ſane, vixqve etiam librarum numero ſumma illa æſtimari qveat: Namqve & grandem theſauri copiam e regno ſuo ſecum tulit, & ex imperatoris opibus, ubicunqve locorum voluit, ſuppeditatum, in uſus ſuos accepit. Dum vero in Romana iſta peregrinatione eſſet Canutus, nemo, qvi ipſum accederet, petere cibum opus habuit, omnibus ipſo ſcilicet pecunia ſatis largiente. Ex terra Flandrica Romam usqve traditur pedibus iter confeciſſe: hoc ipſum confirmante poëta Sighvato:

"Hoc modo pauci
"Auſtrum verſus iter inſtituerunt,
"Annulorum datores
"Reges celſuſſimi.

Inſtituit

Knutr Konungr ſetti Spitala, þann er alla menn ſkyllidi fæda um nott, þa er þar kæmi af Danſkri tungu: vida gaf hann oc til ſtor fe, þar ſem voru Klauſtr, eda adrir ſtorir ſtadir.

Inſtituit etiam hoſpitium, quo omnes lingua A. D.
Danica loquentes, idemque iter ſuſcepturi, viatores noctu excíperentur. Denique ingentem numorum copiam in cœnobia aliaque ſacra loca paſſim erogavit.

ANDLAT KNUTZ.

Enn er Knutr Konungr kom aptr til Englanndz i riki ſitt, þa fcek hann ſiúkleik, oc var fyrſt med þvi moti, ſem gulufott er köllud: hann la lengi um ſumarid, oc um hauſtid anndadiz hann Idus Novembris: þat var i borg þeirri, er heitir i *) Morſtr: þat er mikil höfudſtadr: oc er hann þar jardadr: þa hafdi hann at alldri XVII vetr oc XX: þa hafdi hann verid konungr yfir Danmörku VII vetr oc XX, enn radit fyrir Englandi IIII vetr oc XX enn fyrir Noregi VII vetr, þat er allra manna mal, at Knutr Konungr hafi rikaztr verid oc vidlendaztr konunga a Nordr-löndum.

DE MORTE CANUTI.

Redux in ſuum Angliæ regnum rex Canutus morbum contraxit: quo, primum auruginí non abſimili, poſtquam diu per æſtatem conflictatus fuerat, tandem tempore autumnali, idibus Novembris, moritur Morſtriæ, quæ 1035.
urbs magna in eo regno & primaria, ibique ſepelitur. Agebat tunc trigeſimum ſeptimum ætatis annum; Danicum regnum tenuerat viginti ſeptem annis, Anglicum viginti quatuor, Norvegiam ſeptenis. Magnitudo Canuti & potentia omnium in ore verſatur, qua ſupra cunctos ſeptentrionis reges extollitur; neque enim quisquam eorum latius imperitavit.

FRA KNUTI KONUNGI.

Knutr Konungr hefir verid örvaztr konunga a Nordr-löndum, þviat þat er ſannliga ſagt, at eigi hafdi hann þat midr um-fram adra konunga, hverſu mikit fe hann veitti i vingiafer, a hveriu ari, helldr enn hitt, at hann tok miklu meira i ſkatta oc ſkylldir a hveriu ari af

DE REGE CANUTO.

Verum neque iſtud omittendum, quod ex regibus, quos ſeptentrio habuit, nullius tantopere liberalitas, quam Canuti regis celebretur, adeo ut ex vero commemoratum ſit, ipſum non minus in donariis quotannis largiendis ceteros reges ſuperaſſe, quam in eo, quod e tribus potentiſſimis regnis plus tributorum

*) *Leg.* Munſtr.

A. D af III Þiod-löndum, enn hverr sa annarra er hafdi eitt Konungs riki fyrir at rada; oc Þo Þat med, at England er audgazt at lausafe allra nordrlannda. Þat var eitt mark um örleik hans, at madr er nefndr Þorarinn Lof-tunga, Islennzkr: hann var skalld mikid, oc hafdi hann bunndiz a höndum Konungum, oc ödrum, rikum mönnum, langa æfi, oc var Þa gamall er hann sotti til fundar vid Knut Konung, oc hafdi ort kvædi um kann, enn Þat var Þa, er hann geck fyrir Konungin, oc kvaddi hann: oc spurdi ef hann villdi hlyda til kvædis, er hann hafdi ort um hann: enn Þat var Þa, er konungr sat yfir bordum, oc vist var up-tekin. Menn nockorir stodu fyrir bordinu; Þeir er töludu mal sitt, oc hlyddi Konungr Þeim fyrst, enn er Þeir luko sinni rædu, Þa mællti Þorarinn: Þviat hann var madr konungdiarfr, oc hafdi opt flutt mal sitt fyrir höfdingium: Herra, segir hann: Enn vil ec bidia, at Þer heyrid kvæde mitt, oc mun ydr Þat sköm dvöl vera, Þviat Þat eru far visur. Knutr svarar, oc leit til hans helldr reiduliga: Þat hefir engi madr fyrr giört vid mik enn Þu, at yrkia um mik dræplinga, oc vittu Þat vist, at a morgin, at dögurdar mali, kom Þu her oc flyt mer Þa Þrituga drapu, eda lengri, Þa er Þu hafir nu

torum ac redituum quotannis in ærarium intulerit, quam qui uni tantum regno præesſent. Cui accidit, quod inter omnes ſeptentrionales terras, opum ac theſaurorum Anglia facile ſit ditiſſima. Liberalitatis ejus, inter alia exempla, hæc fidem faciunt Vivebat iis temporibus Thorarinus Loftunga, quod cognomen lingva laudantem notat, natione Islandus poëtica facultate inſignis. Is in aulis regum principumqve diu commoratus, exactæ jam ætatis erat, cum Canutum regem adiret, carmen quod de eo pepigerat, oblaturus. Accedit igitur regem Thorarinus, ſalutatumqve rogavit, vellet carmen recitanti, quo ipſum celebrarat, aures præbere. Forte iſto tempore menſæ aſſidebat rex, ferculis jam tamen remotis: adſtabant autem ante menſam homines, qui coram rege cauſas ſuas agebant, iisqve a rege primum opera dabatur. Qvis dicendi finem facientibus, Thorarinus eum rurſus compellans (audebat enim ſatis libere cum ipſo loqvi, ut qvi ſæpe alias coram principibus verba fecerat) ſic affatur: Iterum, domine, te oro, ut cantilenam meam audias, in qvo non multum temporis abſumes, cum paucis tantummodo conſtet verſibus. Canutus vultu iracundo eum intuens, ait: "Tu igitur non vereris, "qvod præter te nemo auſus eſt, exigua de "me carmina componere? iſtud vero ſcito, "qvod niſi craſtina die, ac ſub prandii qvi-"dem tempus huc redeas, cantilenamqve tri-"ginta vel plures ſtrophas complexam ejus-

dem

nu ort um mik, a þessi stundu, enn at odrum kosti skalltu deyia. Þa geck Þorarinn i brott, oc tok at yrkia drapu um Knut Konung, oc er su drapa köllud Höfudlausn, oc nytti hann allt or flockinum þat er sva matti, oc eptir um daginn flutti hann kvædit at konungs bordi, oc tokz honum ed bezta. Konungr launadi honum kvædit, oc gaf honum L marka skírra. Sidan orti Þorarinn adra drapu um Knut Konung, oc er þat köllud Tug-drapa: þar segir sva:

Giölld hefi ek marka
Malm dyns fyrir hlyn
Fram fim-tigu
For vist borid
Þeirra er veitti
Vig-hagr fyrir brag
Mer mord-storir
Mann-balldr er ec fann.

Knutr Konungr gaf Bersa Skalld-torfu syni tva gull-hringa, er badir stodu mörk, oc þar med sverd gullbuit. Sva segir Sighvatr Skalld:

Knutr hefir ockr enn itri
All-dad göfugr badum
Hendr er hilmi fundum
Huns skrautliga bunar:
Þer gaf hann mörk eda meira
Margvitr oc hiör bitran,
Gullz rædr giörfa öllu
Gud sialfr, enn mer halfa.

"dem *sensus & argumenti, sed auctioremA. D.*
"ea, *quam te nunc recitaturum dixisti, ad-*
"*feras, capite poenas sis daturus. Abiens extemplo Thorarinus, nihil prius habuit, quam ut cantilenam de Canute rege conficeret, eam scilicet, quæ inde capitis redemtio appellata: eidemque cuncta in priori illa quæ exstabant, quantum pote, intexuit. Hanc postridie ante mensam regis recitat diserto ore, munusque a Canuto recipit, quinquaginta marcarum argenti puri. Postea idem Thorarinus alteram de Canuto cantilenam condidit, quæ Tug-drapa dicitur, atque in ea hæc leguntur.*

"*Pretium ego marcarum quinquaginta*
"*Exhibui sane æriſono (i.e. Regi bellicoſo.)*
"*Istas idem donavit*
"*Mihi pro carmine*
"*Heros bellator,*
"*Quem adii,*
"*Hostes cædendi peritissimus.*

Idem Rex Bersoni Skalld-torfæ filio duos ex auro annulos, qui pondere ambo marcam æquabant, nec non ornatum auro gladium dono dedit, Sigvato poëta teste:

"*Præclarissimus ille Canutus,*
"*Virtutum nobilitate inclytus,*
"*Utrique noſtrum,*
"*Cum ipsum adiremus navibus imperantem,*
"*Manus muneribus suis pulchre implevit.*
"*Tibi rex sapiens integram marcam auri*
"*Vel plus dedit, gladiumque acutum,*
"*Dei omnia in potestate habentis donum;*
"*Mihi vero (marcam) dimidiam.*

A. D. Þa er Knutr Konungr anndadiz i Englanndi, endiz sa enn mickli hofdingskapr Danakonunga, er þeir langfedgar hofdu haft, at hverr enn sidarri hafdi meira riki enn hans fadir.

Mortuo in Anglia Canuto rege, magna illa Daniæ regum potentia, qva & ipse & majores ipsius claruerant, finem habuit. Etenim de illis potest dici, qvod unusqvisque, propagatis finibus, amplius parente suo imperium adeptus fuerit.

UM RIKI KNUTS A SKOTLANDI.*)

Fyrr var sva komit at Knutr redi oc fyrer miklum hluta af Skotlandi var þat fyrer skömmu, adr hann kærdi um Noreg a hendor Olafi konungi Haraldsyni, at til hans komo tveir konungar nordan af Skotlandi, af Fifi, oc gaf hann þeim upp reidi sina, oc lönd þau öll, er þeir höfdo ádr átt, oc þar med stórar vingiafir. Þá qvad Sighvatr:

Hafa allframir iöfrar
Ut sín höfot Knuti
Færd or Fifi nordan
Fridkaup var þat midio:
Seldi Olafr aldri,
Opt vá figr hinn Digri,
Haus í heimi þvísa
Hann eingom sva manni.

DE IMPERIO KANUTI IN SCOTIA.

Præterea res eo processerat, ut Canutus magnam partem Scotiæ, subegisset. Etenim non erat diu ante, qvam Norvegiam ab Olavo Rege Haraldi filio, sibi regendam tradi petierat, ut a borea ex Scotia duo Reges eum adierunt, ex Fifa, qvibus conceptam remisit iram, terrasqve possidendas reliqvit, qvas antea tenuerant, additis qvalia amicis dari solent, ingentibus donis. Hic ita cecinit Sighvatus:

Attulere multum potentes Reges
Suum (qvisqve) caput (Regi) Kanuto
(Venientes) ex Fifa à borea usqve,
Pacem (re ea) redimentes, media.
Commisit (ast) Olafus (ille) nunqvam,
Sæpe sortitus victoriam est Crassus,
Caput in orbe terrarum hocce,
Ipse nemini cuiqvam hominum.

FRA KNUTI OC SVEINI.

Knutr var manna mestr vexti, oc sterkr at afli, manna fridaztr, nema nef hans var þunt, oc eigi lagt oc nackvad biugt: hann var liosleitadr, fagr-harr, oc miöck hærdr,

DE CANUTO ET SVENONE.

Canutus magna corporis statura fuit, vir insigni robore, omniumqve formosissimus, excepto, qvod nasum haberet tenuem, eminentem, & aqvilinum: facie erat candida, capilo

*) Hæc de Scotia ex Snorrone Tom. II. p. 214. excerpta. Cætera vero, qvibus res Canutum inter & Olaum gestæ narrantur ibidem, appendici inseruntur.

hærdr, hverium madr var hann betr eygdr, bædi fagr eygdr: han var örr madr (hermadr) mikill, oc enn vapndiarfasti, sigr-sæll, hamingiu madr mikill um alla hluti, þa er til rikdoms heyrdi. Ecki var hann stor-vitr madr, oc sva Sveinn Konungr med sama hætti oc enn adr Haralldr oc Gormr, at þeir voru öngir speckingar at viti,

capillo decoro & prolixo, oculis elegantissimis, claris nempe atque acribus. Liberalis imprimis, bellator egregius, mirabili in pugnando audacia, victoriosus, ac in omnibus ad potentiam acquirendam felix & fortunatus. Ceterum non acuto admodum ingenio, in quo regi Svenoni videbatur, atque illo prioribus, Haraldo & Gormoni similis; quippe qui a mentis acumine & sapientia neque multum laudis promeruerunt. A. D.

FRA HAURDA KNUT.

Haurda Knutr, son Gamla Knutz, tok riki allt i Danmörku eptir födur sinn: enn Haralldr, annarr son Gamla Knutz, tok riki yfir Englanndi eptir födur sinn. Þa kom til Englanndz Jatvardr enn Godi Adalradsson, brodir þeirra Haralds oc Haurda Knutz: hafdi hann i Englanndi gott yfirlat, sem vert var. Tveim vetrum eptir andlat Gamla Knutz andadiz Gunnhilldr drotning i Saxlanndi, dottir Knutz konungs, er Heinrekr Keisari hafdi att: Enn fim vetrum sidarr andadiz Haralldr Knutzson Engla Konungr, oc er hann jardadr hia födur sinum i Morstr: tok þa Haurda-Knutr, brodir hans, bædi rikin England oc Danmörk. Enn Magnus, son Olafs ens Helga, svarabrodir Haurda Knutz, red þa Noregi, sva sem ritad er i Æfi Noregs Konunga. Enn tveim vetrum

DE HORDA-KNUTO.

Horda-Canutus, filius Canuti Senioris defuncto patre, totum Daniæ regnum accepit. Haraldus vero filiorum Canuti alter, Angliæ rex post patrem constituitur. Tum & in Angliam venit Jatvardus Bonus, Adalradi filius, frater Haraldi & Horda-Canuti, atque in Anglia magnum uti par erat, honorem consecutus est. Biennio post mortem Canuti Senioris obiit Gunhildis Saxoniæ regina, filia Canuti regis, quam in matrimonio habuerat Henricus imperator. Quinquennio vero deinde fato fungitur Haraldus Canuti filius rex Angliæ, apud patrem suum Morstriæ humatus. Itaque utrumque regnum, Angliam scilicet & Daniam, Horda-Cnutus adipiscitur. Eo tempore Magnus Bonus, filius Olai Sancti, juratus frater Horda-Canuti, Norvegiæ præfuit, quemadmodum in memoriis regum Norvagicorum traditur. Post duos, a morte 1035. 1040. 1042.

A. D eptir andlat Harallds Knutzſonar anndadiz Haurda Knutr, var hann oc jardadr i Morſtr hia Gamla Knuti fedr ſinum. Eptir dauda Haurda Knutz var aldauda enn forna ætt Dana Konunga, þa
1042. var Jatvardr Adalradsſon til Konungs tekinn yfir Englanndi: var hann þar lengi Konungr: oc eignuduz Dana Konungar alldregi England ſidan. Enn þa tok Magnus, ſon Olafs ens Helga, riki i Danmörk: var hann þa þar konungr yfir, ſem ſegir i Æfi Noregs konunga: hann red einn vetur Danmörk, adr þar hofz til rikis i moti honom Sveinn, ſa er ſagt er Magnus heti ödru nafni: hann var ſon Ulfs Jarls Þorgilsſonar Sprakalegs. Modir Sveins var Aſtridr, dottir Sveins Konungs Tiuguſkegs: var hon ſyſtir Knutz Konungs Gamla; enn modir Aſtridar var Sigridr enn Srorrada, dottir Sköglar Toſta: hon var oc modir Olafs Sænſka.

a morte Haraldi Canuti filii, annos, obiit Horda-Canutus, qui & Morſtriæ apud patrem ſuum Canutum ſeniorem ſepultus eſt. Mortuo Horda-Canuto antiquum Daniæ regum ſtemma extinctum erat: ideoque regem Angli elegerunt Jatvardum, Adalradi filium, qui diu regno illi præfuit, atque ita Daniæ reges Angliam nunquam deinde recuperarunt. Danorum vero rex factus eſt Magnus, filius Olai Sancti, qui & regni adminiſtrationem ſuſcepit; de quo & in vitis regum Norvagicorum perſcriptum. Hic Daniam ſolus anno rexit; antequam illam ſibi vindicaret Sveno, quem alio nomine Magnum appellatum dicunt. Filius Sveno erat comitis Ulfonis, Thorgilſi Spracaleggi filii. Mater ei fuerat Aſtrida, filia Svenonis regis furcatæ barbæ, & ſoror regis Canuti Senioris: Aſtrida mater Sigrida Facinoroſa, Skoglar-Toſtonis filia, quæ & Olaum Svecum peperit.

FRA LANNDZ SKIPAN I DANMORK.

Danmörk er mikit riki, oc liggr miok ſundr lauſt. Enn meſti hlutr Danarikis heitir Jotland: þat liggr ed ſydra med hafi: þar er hinn ſynzti Byſkups ſtoll i Danmork i Heidabæ, oc er i þeim byſkups domi halft fiorda hundrad kirkna, enn XXX, ſkipa oc C. Konungi til utbods

DE DIVISIONE TERRARUM REGNI DANIÆ.

Regnum Daniæ amplum eſt, ac diviſis mari interfluente partibus, diſperſum. Potiſſima ejus pars Jutia dicitur; hæc meridiem verſus oceano alluitur. Epiſcopalis ſedes in Dania maxime auſtralis, Slesvici eſt; in illo epiſcopatu templa ſunt trecenta qvinqvaginta, naves vero, regi ad belli uſum

Animadvertens Haralldus Rex, fratri To-
ſtio in animo eſſe, ſe regno privare, peſſi-
me ei credidit: erat enim Toſtius homo pru-
dens & præſagus, inſigni fortitudine, qui-
que principum regni amicitia multum polle-
bat. Quare Haralldus Rex Toſtium à præ-
fectura exercitus removit, atque ab omni
poteſtate, qua is antea omnes ibi regni Jar-
los (Comites) anteceſſerat. Nullo pacto
ferre voluit Toſtius Jarlus, ſe fratri ſer-
viturum, iisdem ſecum parentibus nato;
hinc ſuo cum comitatu in Flandriam pro-
fectus, ibi pauliſper commoratus, in Fri-
ſiam abiit, atque inde in Daniam, ad affi-
nem ſuum Sveinum Regem: frater (enim)
& ſoror erant Ulfus Jarlus, Sveini Regis
pater, atque Gyda, mater Toſtii Jarli.
Sveinum (ergo) Regem Jarlus opem rogavit
atque auxilia. Ad ſe eum invitante Sveino
Rege, atque Jarli regnum in Dania tan-
tmu

A. D. 1066. Þar Jarls-ríki í Danmörk þat, er hann megi vera þar fæmiligr höfdingi. Jarl ſvarar: Þeſs girnir mic, at fara til Englands aptr til ódala minna. Enn ef ec fæ öngan ſtyrk til þeſs af ydr konungr, þá vil ec þat helldr tilleggia vid ydr, at veita ydr allan ſtyrk þann, er ec á koſti í Englandi, ef þer vilit fara med Dana-her til Englandz, at vinna landit, ſva ſem Knútr modur-bródir þinn. Konungr ſvarar: ſva miklo em ec minni madr enn Knútr konungr frændi minn, at varla fæ ec halldit Dana-ríki fyri Nordmönnom; enn Gamli Knútr konungr eignadiz at erfd Dana-ríki, en med hernadi oc orroſto England, oc var þó um ríd þat eigi óvænna, at hann mundi þar leggia lífit. Noreg feck hann orroſtolauſt. Nú kann ec at ætla mer hóf meirr eptir míno lítilrædi, enn eptir framkvæmd Knútz konungs frænda míns. Þá mællti Toſti Jarl: minna verdr mítt erendi híngat, enn ec hugda at þú mundir vera láta, ſva göfigr madr, í naudſyniom frænda þíns. Kann nú vera, at ec leita þannog vináttonar, er myklo er ómakligra; enn þá má vera, at ec finna þann höfdingia, er midr vaxi fyrir augom at ráda miöc ſtórt enn þer konungr. Sídan ſkildoz þeir konungr oc Jarl, oc varliga ſáttir.

tum offerente, quantum Satrapam ibi & Principum honorificum deceret, reſpondens Jarlus: "deſiderio, inquit, trahor in Angliam atque ad bona mea avita revertendi: quam in rem ſi à vobis, Rex, latæ mihi non fuerint ſuppetiæ, id potius faciam, vobis gratificaturus, ut omnibus viribus, quæcunque mihi in Anglia datæ fuerint, vobis ſuccurram, ſi Danorum exercitu ſtipatus Angliam petere volueris, regnum iſtud tuæ ditionis facturus, prout fecit avunculus tuus Kanutus.„ Ad quæ Rex: "in tantum, inquit, Knuto Rege, meo conſanguineo, inferior ſum, ut Daniæ regnum, ne mihi à Nordmannis auferatur, ægre tuear. Rex quidem Knutus Senior, regnum Daniæ jure hæreditatis adeptus, armis atque bello Angliam ſuam fecit, attamen res ſæpenumero eo ſpectabat, ut vitæ id fieret jactura. Norvegiam absque bello occupavit. Jam (ergo) credo id me decere, ad exiguas meas vires me res potius inſtituere, quam ad fortunam progreſſus Knuti Regis, mei conſanguinei.„ Hic Toſtius Jarlus: minus hic, ait, meum procedit negotium, in tantis conſanguinei tui neceſſitatibus. Fieri poteſt, ut nunc opem atque amicitiam quæram, ubi longe minus ſperari poſſet, quo facto, poteſt accidere, ut inveniam Principem regnatorem, cui res tanti momenti & periculi non videbitur, permagna & gravia moliri, ac Tibi, Rex (viſa fuit).„ Poſtea Rex atque Jarlus ſejuncti ſunt, amici vix dicendi.

FERD TOSTA TIL NOREGS.

Tofti Jarl ſneri þá ferdinni, oc kom í Noreg, oc fór á fund Haralds konungs, var hann þá í Víkinni. Enn er þeir finnaz, ber Jarl upp fyri konung erindi ſín, ſegir hönom allt um ferdir ſínar ſidan er han fór af Englandi, bidr konung fá ſer ſtyrk, at fækia ríki ſitt í Englandi. Konungr ſvarar ſva, at Nordmenn muno þeſs eigi fúſir, at fara til Englands at heria, oc hafa þar Enſkan höfdingia yfir ſer; mæla menn þat, ſegir hann, at þer hinir Enſko ſe eigi alltrúir. Jarl ſvarar: Hvart er þat, med ſannendom ſagt, er ec hefi menn heyrt ſegia í Englandi, at Magnús konungr frændi þinn ſendi menn til Iátvardar konungs, oc var þat í ord-ſending, at Magnús konungr átti England ſlíkt ſem Danmörk, oc hafdi í arf tekit eptir Hörda-Knút, ſem ſvardagar þeirra höfdo tilſtadi? Konungr ſvaradi: hví hafdi hann þat eigi, ef hann átti þat? Jarl ſvarar: hví hefir þú eigi Danmörk, ſva ſem Magnús konungr hafdi fyri þer? Konungr ſvarar: Eigi þurfa Danir at hælaz vid oſs Nordmenn; margan díla höfom ver brent þeim frændom þínom. Þá mællti Jarl: Villtu eigi mer ſegia, þá mun ec þer ſegia. Því eignadiz Magnús konungr Danmórk, at þar landz

ITER TOSTII IN NORVEGIAM.

A.D. 1066.

Tum Toſtius Jarlus, verſo itinere, in Norvegiam venit, ubi Regem convenit Haralldum, tunc in Vikia verſantem. Qui ubi convenere, negotium ſuum Jarlus Regi expoſuit, narrans ei itinerum ſuorum eventa, poſtqvam ex Anglia fuerat profectus, Regemqve auxilia rogans, qvorum ope regnum ſuum in Anglia recuperare poſſet. Ad qvæ dicente Rege, Nordmannis cordi non eſſe in Angliam ire ad bellum gerendum, ſub imperio ibi ducum Anglicorum militaturis, vulgiqve ore ferri, Anglos homines non eſſe, qvibus multum fidi poſſet, reſpondit Jarlus: "Anne vere dictum eſt, qvod homines narrantes audivi in Anglia, Magnum Regem, tum conſanguineum, miſſis ad Regem Edvardum legatis, nuntio iſto indicaſſe, Regem Magnum Angliam æqvo ac Daniam tenere jure, ad ſe poſt mortem Harde-Knuti hæreditate devolutam, prout ferebant juramento inter eos ſancita pacta?„ Interrogante hic Rege: "Qvare non tenuit, ſi (jure) is poſſideret?„ reſpondit Jarlus: "Qvare non poſſides Daniam, prout ante Te tenuit Rex Magnus?„ tum reſpondit Rex, non eſſe, qvod Dani ſe de Nordmannis inſolentius jactent: in damna enim affinium tuorum multos terrarum tractus igne vaſtivimus. Hic Jarlus: "qvodſi, inqvit, Tu mihi dicere nolis, ego Tibi dicam. Ideo Magnus Rex Daniæ potis eſt factus, qvod principes ibi regni & terrarum præfecti a partibus ejus

A. D. 1066. höfdingiar veitto hönom; enn þvi feckt þú eigi at allt landz-folk ſtód i múti þer. Því bardiz Magnús konungr eigi til Englandz, at allr landz-lydr villdi hafa Iátvard at konungi. Villt þú eignaz England, þá má ec ſva gera, at meiri luti höfdingia í Englandi muno vera vinir þínir, oc lidſinnis-menn; eigi ſkortir mic meira vid Haralld bródir minn enn konungs-nafn eitt. Þat vito allir menn; at engi her-madr hefir ſlíkr fæz á Nordrlöndom ſem þú, oc þat þicki mer undarligt, er þú bardiz XV vetor til Danmerkr, enn þú vill eigi hafa England, er nú liggr lauſt fyri þer. Haralldr konungr hugſadi vandliga hvat Jarl mællti, oc ſkilldi, at hann ſagdi mart ſatt, oc í annan ſtad giördiz hann fúſs til at fá ríkit. Sídan tölodo þeir konungr oc Jarl löngom oc opt, ſetto þeir þá ráda-giörd þeſſa, at þeir ſkylldo fara um ſumarit til Englandz, oc vinna landit. Sendi Haralldr konungr ord um allan Noreg, oc baud út leid-ángri, hálfom almenningi; vard þettanú allfrægt, voro margar getur á, hvern og förin mundi verda, mællto ſumir oc tölldo upp ſtór-virki Haralldz konungs, at hanom mundi eigi ófært vera: enn ſumir ſögdo, at England mundi verda torſott, mann-fólk ofa-mikit á, oc

ejus ſtabant: Tu contra non potitus es, quod totus terræ (iſtius) tibi adverſaretur populus. Ob eam rem Magnus Rex Angliam bello non eſt aggreſſus, quod omnes regni cives Edvardum ſibi vellent Regem. Quodſi Angliam tuæ ditionis facere volueris, faciam ego, ut principum Angliæ potior pars tui facti amici, auxilia Tibi ſint præſtituri: etenim Haralldo fratri nulla re, niſi Regis titulo ſolo, ego cedo. Omnibus notum eſt, in terris ſeptentrionalibus natum non eſſe bellatorem, fortitudine Tibi parem; mirumque mihi videtur, Te XV hyemes belligeraſſe, ut Dania potireris, ſed Angliam non velle, cujus jam Tibi facilis patet poſſeſſio.„ Haralldus Rex, ſermone Jarli rite & accurate mente penſitato, animadvertit, multis in rebus eum vera dixiſſe; cui rei alia acceſſit, cupiditas, qua ad regnum (iſtud) occupandum trahebatur. Poſtea Rex atque Jarlus, longo & frequenti colloqvio habito, id conſilii ſtatuere, ut æſtate ſequente in Angliam transituri, illamque terram occupaturi eſſent. Haralldus Rex, miſſis per totam Norvegiam nuntiis, dimidiam militum navium que totius regni partem ad expeditionem imperavit, quæ res ubi omnibus innotuit, multæ ferebantur conjecturæ de futuro illius eventu, quibusdam Haralldi Regis res bello fortiter geſtas enarrantibus, quare hanc ejus vires non ſuperaturam, aliis dicentibus, Angliam bello aggredi opus eſſe difficillimum, nempe militum multi-

oc þat lid er kallat er Þínga-manna-lid, þeir voro menn sva fræknir, at betra var lid eins þeirra enn II Harralldz manna hinna beſto. Þá ſagdi Úlfr ſtallari:

Era ſtallorom ſtillis
Stafn-rùm Haralldz iafnan
Onaudgr fær ec audar
Innan þaurf at herfa.
Ef haur breckan hrockva
Hrein ſkulom tveir fyri einom
Ungr kendak mer undan
Annat Þínga-manni.

Úlfr ſtallari andadiz þat var. Haralldr konungr ſtód yfir grepti hans, oc mællti er hann geck frá: Þar liggr nú ſá er dyggvaſtr var oc drottin hollaſtr. Toſti Jarl ſigldi um varit veſtr til Flæmingia-landz, á móti lidi því er hönom hafdi fylgt utan af Englandi, oc því ödro er ſafnadiz til hans bædi af Englandi oc þar í Flæmingia-landi.

multitudine abundantem, copiasque, quæ Thingamannorum vulgo vocabantur, viris conſtare adeo ſtrenuis, manuque & conſilio promtis, ut earum copiarum unus duos præſtantiſſimorum Haralldi militum fortitudine vinceret. Tum vero Ulfus Aulæ Magiſter ita cecinit: A. D. 1066.

Non eſt Aulæ Magiſtris Regis
Proræ areolam Haralldi, perpetuo
Haud invitus accipio divitias,
Intra opus ſeſe ſubducere.
Quodſi, o! lini clive, nos cedere,
Candide, oporteret duos uni
Juvenem docui ego me, retro,
Aliud (equidem), Thingmannorum.

Ulfus aulæ Magiſter eo vere mortem obiit. Haralldus Rex (ipſe) ſepulcro ejus adſtitit, qui diſcedens: "ibi, inquit, "nunc jacet (defunctus) qui ad omnia officia fidiſſimus Domino fuit, & ejus amantiſſimus.„ Toſtius Jarlus eodem vere in Flæmingorum terram (Flandriam) abiit, copiis ibi occurſurus, tam quæ ex Anglia eum fuerant comitatæ, quam aliis, quæ cum ex Anglia, tum ex Flandria ad eum confluxere.

DRAUMR GYRDAR.

Herr Haralldz konungs ſafnadiz ſaman í Solundom. Enn er Haralldr konungr var búinn, at leggia út or Nidaróſi, þá geck hann ádr til Skrínis Ólafs konungs, oc lauk upp, oc klipti hár hans oc negl, oc læſti ſídan Skrínino, enn kaſtadi

SOMNIUM GYRDII.

Copiæ Haralldi Regis in Solundis congregabantur. Cæterum Haralldus Rex, itineri jam paratus ac Nidroſia diſceſſurus, ſcrinium Olafi Regis acceſſit, quo aperto, comam ejus totondit, unguesque præcidit; hoc facto, cum ſcrinium clauſerat, cloves in fluvium

A D. 1066. kaſtadi lyklinom út á Nid; enn ſumir ſegia, at hann kaſtadi utanbordz fyrir Agdaneſi; oc hefir eigi ſídan verit upplokit Skríni ins helga Ólafs konungs. Þá var lidit frá falli hans XXXV vetor hann lifdi oc hálfan fiórda tög vetra her í heimi. Haralldr konungr hellt því lidi, er hönom fylgdi, ſudr til mótz vid hitt. Þar kom ſaman lid mikit, ſvá at Þat er ſögn manna, at Haralldr konungr hefdi nær CC ſkipa, oc umfram viſtabyrdingar oc ſmá-ſkútor. Þá er Þeir lágo í Solundom, dreymdi mann Þann er var a konungs ſkipino, er Gyrdr er nefndr: hann Þóttiz var ſtadr a konungs ſkipino, oc ſá uppá eyna, hvar tröll-kona ſtód mikil, oc hafdi ſkálm í hendi, oc í annari hendi trog; hann Þóttiz oc ſia yfir öll ſkip Þeirra, oc Þótti hönom fugl ſitia á hverium ſkip-ſtafni, Þat voro allt ernir oc rafnar. Tröll-konan qvad víſo:

fluvium Nid projecit; qvidam autem referunt, in mare extra promontorium Agdanes eum projeciſſe, nec unqvam poſtea apertum fuiſſe Regis Olafi Sancti ſcrinium. Tunc temporis ab ejus cæde XXXV erant præterlapſæ hyemes, triginta qvoqve & qvinqve hyemes ipſe in hoc terrarum orbe vixit. Haralldus Rex militum manum, qva ipſe erat ſtipatus, auſtrum verſus (cæterarum) ſuarum copiarum in occurſum duxit. ibi ingens coactus eſt exercitus, adeo ut memoriæ ſit proditum, Haraldum Regem claſſem habuiſſe CC fere navium (bellicarum), præter naves commeatum portantes, minoresqve lembos. Claſſe in anchoris juxta Solundas ſtante, ſomnium ſomniavit homo, in navi Regis conſtitutus, Gyrdius nomine. Viſus eſt ille ſibi per ſomnium in Regia navi conſtitutus foeminam videre ingentem in inſula ſtantem, ex genere gigantum, tenentem manu altera enſem falcatum, altera labrum, & per totam deinde navium claſſem proſpiciens ſingularum in puppibus videre ſedentes volucres, aqvilas omnes atqve corvos, foeminamqve audire giganteam hoc carmen canentem:

Víſt er at allvalldr auſtan
Eggiaz veſtr at leggia
Mót vid marga knútu
Minn ſnúdr er Þat prúda.
Kná val-Þidurr velia
Veit hann erna ſer beito
Steik af ſtódi Glúka
Stafns fylgi ec Því iafnan
Oc ſtafna fylgi ec Því iafnan.

Certum eſt, Monarcham ab oriente
Stimulis agi, ut occidentem petat:
Ponat ut multos oſſium nodos,
Meo (ſane) qvæſtui id erit, nobiles.
Poteſt (jam) ſtragium avis eligere,
Exſpectat ea multum ſibimet eſcæ,
Aſſam carnem ex Giukii eqvis,
Proræ inſidens, me ſemper comite.
Proræ inſidens, me ſemper comite.

DAUMR SOM-

DRAUMR ÞORDAR.

Þórdr er annar madr nefndr, er var á ſkipi því, er ſkamt lá frá ſkipi konungs. Hann dreymdi um nótt, at hann þóttiz ſiá flota Haralldz konungs fara at landi, oc þóttiz vita at þat var England; hann ſá á landino fylking mikla, oc þótti ſem hvarirtveggio biöggiz til bardaga, oc höfdo merki á lopti. Enn fyri lidi landz-manna reid tröll-kona mikil, oc ſat á vargi, oc hafdi vargrinn mans hræ í munni, oc fell blód um kiaptana; enn er hann hafdi þann etit, þá haſtadi hon ödrom í munn varginom, oc ſídan hverjom at odrom, enn hann gleypti hvern. Hon qvad:

Skód lætr ſkína raudan
Skiölld er dregr at hialldri
Brúdr ſer aurnis ióda
óför konungs giörfa.
Sviptir í ſvardar kiapta
Svanni holldi manna
Ulfs munn litar innan
Odlát koma blódi
Odlát kona blódi.

SOMNIUM THORDI.

A. D. 1066.

Thordi nomine dictus eſt vir quidam, claſſiariorum navis unus, quæ haud procul a navi Regis poſita erat. Ei nocte quadam per ſomnium viſa eſt Haralldi Regis claſſis terram accedere, quam ſe ſcire ſibi viſus eſt eſſe Angliam, & in terra acies ingens, prælio parata, cui ab utraque parte accingebantur, vexilla multa habentes, in coelum minantia. Cæterum ante aciem incolarum terræ obequitare viſa eſt foemina ingens generis gigantei lupo vecta, qui hominis cadaver ore portabat, ex quo ſanguis utrinque fluebat. Eo comeſto, aliud cadaver in os lupi illa ingeſſit, poſteaque aliud poſt aliud, qui omnia devoravit. Tum ea cecinit:

Armata acies facit rubrum ſplendere
Clypeum, re inclinante ad prælium,
Foemina videt giganteæ prolis
Infortunium Regi (jamjam) paratum.
Ingerit in cutis hirſutæ os (vaſtum)
Mulier (illa) cadavera hominum;
Lupi voracis os tingit intrinſecus,
Id operis urgens, foemina ſanguine.

DRAUMR HARALLDZ KONUNGS,

Haralld konung dreymdi um nótt, at hann ræri i Nidaróſi, oc hitti Ólaf konung bródr ſinn, oc qvad Ólafr víſo fyrir hönom:

SOMNIUM HARALLDI REGIS.

Haralldus Rex per ſomnium ſibi viſus eſt nocte quadam Nidroſiæ verſari, ibique fratrem Olafum convenire, qui hoc ſibi cecinit carmen:

Fleſtan

Rex

A. D. 1066.

Gramr vá frægr til fremdar
Fleſtan figr en Digri
Hlaut ec því at heima fátom
Heilagt fall til vallar.
Uggir ec enn at tiggi
Ydr mani feigd of byrion
Traullz gefit fákom fyllar
Líks velldrat Gud slíko.

Rex reportavit celebris ad gloriam
Plerumque victoriam ille Craſſus;
Corvi, quandoquidem domum redii,
Lapſu ego ſancto (cæſus) in terram.
Metuo ego, ne (jamjam) o! Rex
Vobis ſit mors cita fato deſtinata,
Lamiæ & detis equis ſaginam
Avidæ; non efficit id divinum Numen.

Margir adrir draumur oc fyriburdir voro þá ſagdir, oc fleſtir dapurligir. Haralldr konungr, ádr hann fór af Þrándheimi, hafdi þar látit taka til konungs Magnus ſon ſinn, oc ſetti hann til ríkis í Noregi, er konungr fór í braut. Þora Þórbergs dóttir var oc eptir, enn Elliſif drottning fór med hönom, oc dætor hennar Maria oc Ingigerdr. Ólafr, ſon Haralldz konungs, fór oc med hönom or landi.

Plurima alia ſomnia & portenta tunc ſunt relata, ſiniſtri pleraque & diri ominis. Antequam Haralldus Rex e Thrandhemia diſceſſit, filium ſuum Magnum ibi in Regem accipi curavit, quem regno Norvegiæ præfecit gubernando, dum aberat ipſe Rex Haralldus. Thora Thorbergi filia etiam remanſit, ſed abiit cum eo Eliſabetha Regina, nec non filiæ ejus Maria & Ingegerda. Olafus, Haralldi Regis filius, ei etiam ex patria ibat comes.

ORROSTA VID SKARDABORG.

Enn er Haralldr konungr var búinn, oc byr gaf, ſigldi hann út á haf, oc kom af hafi vid Hialtland, enn ſumt lid hans kom vid Orkneyar, lá Haralldr konungr ſkamma hríd vid Hialtland, ádr hann ſigldi til Orkneyia, oc hafdi þadan med ſer lid mikit, oc Jarlana Pál oc Erling, ſyni Þorfinnz Jarls: enn let þar eptir Elliſif drottning oc dætor þeirra Mariam oc Ingigerdi. Þadan ſigldi hann veſtr fyri Skotland, oc ſva fyrir England, oc kom

PRÆLIUM JUXTA SKARDABURGUM (SCARBOROUGH).

Itineri autem accinctus Haralldus Rex, flante vento ſecundo, mari ſe commiſit, appulitque ad Hialtlandiam pars vero copiarum ejus ad inſulas Orcadas. Poſt exiguam apud Hialtlandiam moram, Haralidus Rex ad Orcadas navigavit, unde magnam copiarum multitudinem ſecum duxit, nec non Jarlos, Paulum atque Erlendum, Thorfinni Jarli filios, relictis ibi Eliſabetha Regina, atque filiabus Maria & Ingigerda. Inde occidentem verſus primum Scotiæ

kom þar vid land, er heita Kliflönd, þar geck hann á land, oc heriadi þegar, oc lagdi landit undir fic, oc feck einga vidſtödo. Sídan lagdi hann til Skardaborgar, oc bardiz þar vid borgar-menn; hann geck uppá bergit þat, ſem þar verdr, oc let þar göra bál mikit, oc leggia í elld. Enn er bálit logadi, tóko þeir forka ſtóra, oc ſkuto bálino ofan í bæinn, oc tók þá at brenna hvert hús af ödro, gafz þá upp allr ſtadrinn; drápo Nordmenn þar mart manna, enn tóko fe allt þat er þeir fengo; vard þá Enſkom mönnom engi koſtr annar fyrir höndom, ef þeir ſkylldo hallda lífino, nema gánga til handa Haralldi konungi. Lagdi hann þá undir ſic landit allt, þar er hann fór. Sídán lagdi Haralldr konungr med allann herinn ſudr med landi, oc lagdi at vid Hellornes, kom þar ſamnadr í móti hönom, oc átti Haralldr konungr þar orroſto, oc feck ſigr.

Scotiæ deinde Angliæ littora præternavigavit, ubi ad terram appulit loco, qui Klifland dicitur; his in terram aſcenſione facta, mox belligerare orſus, regionem iſtam ſibi ſubegit, nemine reſiſtente. Poſtea ad Skardaborgum appulſus, cum civibus prælium iniit. Hic aſcenſo monte, qui ibi eſt (vicinus), pyram ibi ingentem exſtrui atque igne ſuccendi juſſit. Qua flammam late ſpargente, arreptis ingentibus longuriis, pyram ardentem in urbem detruſerunt, ubi ædium aliquam invadente igne, tota dedita eſt civitas. Hic Nordmanni, multis civium occiſis, bona omnia quæ capere potuere, diripuerunt; quare Anglis, ſi vitam vellent ſervare, nulla alia reliqua erat conditio, quam ſe ſuaque omnia poteſtati Regis permittere, qui totam, qua tranſiit, regionem ſuæ ditionis fecit. Poſtea Haralldus Rex cum tota claſſe littora auſtrum verſus circumvectus, ad promontorium Hellornes appulit, ubi occurrente, qui (eam in rem) collectus erat, exercitu, prælio congreſſus Haralldus Rex victoriam reportavit. A. D. 1066.

FRA FYLKING JARLANNA.

Sídan lagdi Haralldr konungr til Humbro, oc upp eptir ánni, oc lagdi þar vid land. Þá voro Jarlar upp í Iorvík Mauro-Kári Jarl, oc Valþiófr Jarl af Hunda-túnom, bródir hans, oc höfdo óvígan her. Þá lá Haralldr konungr í

DE ACIE JARLORUM.

Poſtea Rex Haralldus ad Humbrum fluvium claſſe vectus, annemque ingreſſus, ad terram ibi claſſem appulit. Hic Eboraci commorabantur Jarli, Meurokarius Jarlus atque Valthioſus Jarlus de Hundatuno, frater ejus, invicta & ingenti quam maxi-

A. D. 1066. Uſo, er herr Jarla ſótti ofan. Þá geck Haralldr konungr á land, oc tók at fylkia lidi ſíno: ſtód fylkingararmrinn annar fram á ár-backann, enn annar viſſi á landit upp at díki nockoro; þat var fen diúpt oc breitt, oc fullt af vatni. Jarlar léto ſíga fylking ſína ofan med ánni, vid öllom múginom. Konungs merkit var nærr ánni, var þar allþykt fylkt, enn þunnaſt vid díkit, oc lidit þat ótrauſtaſt. Þá ſótto Jarlar ofan med díkino; veik þá fyrir armr fylkingar Nordmanna, ſá er viſsi at díkino, enn Enſkir menn ſötto þar fram eptir þeim, oc hugdo at Nordmenn mundo flýa vilia. Fór þar fram merki Mauro-Kara Jarls.

me copiarum multitudine ſtipati. In amne Uſa ſtabat claſſis Regis Haralldi, qvo tempore a ſuperiori regione deſcendit Jarlorum exercitus. Tum Haralldus Rex, facta in terram exſcenſione, aciem ſuorum ordinare coepit, cujus aciei alterum cornu ad ripam amnis pertingebat, alterum vero excurrebat ad foſſam, ubi palus erat profunda lataqve, atqve aqvæ plena. Jarli aciem ſuorum juxta amnem lento gradu procedere fecerunt, tota comitati copiarum multitudine. Vexillum regis amni propius ſtabat erectum, ubi qvoqve denſior multum erat acies, contra tenuior juxta foſſam ibiqve copiæ, in qvibus minus erat roboris. Tum Jarlis juxta foſſam arma inferentibus, cornu aciei Nordmannorum retro ceſſit, qvod ad foſſam vergebat; qvare Angli cedentibus acriter inſtabant, exiſtimantes Nordmannos in fugam ſe velle conjicere. Hanc ob cauſam vexillum Maurokarii Jarli longius proceſſit.

ORROSTA VID HUMBRO.

Enn er Haralldr konungr ſá at fylking Enſkra manna var kominn ofan med díkino gegnt þeim, þá let hann bláſa her-bláſtr, oc eggiadi herin ákafliga, let þá frambera merkit Landeydona, ſnaradi þá atgaungo ſva harda, at allt hrack fyri: gördiz þá mannfall mikit í lidi Jarla. Sneriz þá lidit brátt á flótta, flýdi ſumt upp med ánni eda ofan, enn

PRÆLIUM JUXTA HUMBRUM.

Haralldus autem Rex, videns Anglorum aciem ad foſſam usqve deſcendiſſe & juxta eam aciei ſuæ e regione procedere, ſigno pugnæ tuba dato, ſuos acerrime hortatus, vexillum Landeyda (terræ vaſtatricem) procedere juſſit, qvo facto, tanto impetu in hoſtem ferebatur, ut omnia cedere cogerentur, maxima cum copiarum ſtrage, qvæ Jarlis militabant. Qvare (eorum) exercitus in fugam ſtatim eſt conjectus, fugientibus qvibusdum

enn fleſt fólk lióp út á díkit, lá þar ſva þyckt valrinn, at Nordmenn mátto gánga þurfætis yfir fenit. Þar týndiz Mauro-Kári Jarl. Sva ſegir Steinn Herdíſarſon:

Þiód fórſk mörk í módo
Menn druknodo ſocknir
Drengr lá ar of ungan
Ofár Mauro-Kára.
Fíla drottinn rak flótta
Framr tók her á ramri
Rás fyri rauſkom víſa
Rík-lundadr vítt undan.

Þeſsa drápo orti Steinn Herdíſarſon um Ólaf, ſon Haralldz konungs, oc getr hann þeſs, at Ólafr var í orroſto med Haralldi konungi fedr ſínom. Þeſsa-getr oc í Haralldz Sticka:

Lágo fallnir
I feu ofan
Valþiófs lidar
Vafinom höggnir.
Sva at gunn hvatir
Gánga mátto
Nordmenn yfir
At nám einom.

Valþiófr Jarl, oc þat lid er undan komz, flýdi upp til borgarinnar í Iorvík, vard þar it meſta mannfall. Orroſta var midvikodag inn næſta fyrir Matthias meſso.

busdam juxta amnem, ſurſum aut deorſum, plerisque vero in foſſam curſu tendentibus, ubi tanta jacebat cæſorum & mortuorum ſtrages, ut per paludem Nordmanni ſiccis pedibus ire poſſent. Periit eo prælio Maurokarius Jarlus. Qua de re ita Steinus Herdiſæ filius: A. D. 1066.

Populi multi periere in amne
Viri ſuffocati ſunt, aqva merſi;
Milites jacuere mane ſupra juvenem,
Cumulis ſtrati, Maurokarium.
Virorum Dominus inſtabat fugientibus,
Strenuum agmen in fugam ſe conjecit
Citam, ſequenti fortiſſimo Regi,
Generoſus ille, ut ſeſe ſubducerent.

Hocce carmen pepigit Steinus Herdiſæ filius de Olafo, Haralldi Regis filio, memorans ibi, Olafum cum patre ſuo Haralldo Rege, prælio interfuiſſe. Cujus (quoque) rei (ita) meminit carmen, dictum Haralldz Sticka:

Jacuere ſtrati
In palude ſurſum,
Valthiofi comites
Armis (illi) cæſi;
Ut pugna acres
Ire (tunc) poſſent
Nordmanni trans (foſſam)
Per cadavera ſola.

Valthiofus Jarlus, atque copiarum quotquot evadere potuere, ad civitatem Eboracum fuga ſe ſubduxerunt, ubi maxima hominum facta eſt ſtrages. Prælium hoc initum fuit die quodam Mercurii, proximo ante feſtum S. Matthiæ.

A. D. 1066.

FRA TOSTA JARLI.

Tosti Jarl hafdi komit vestan af Flæmingialandi til Haralldz konungs, þegar er hann kom til Englandz, oc var Jarl í öllom orrostom þessom. Fór þá sva sem hann hafdi sagt Haralldi konungi fyrr er þeir fundoz, at fiölldi manna dreif til þeirra í Englandi; þat voro frændor oc vinir Tosta Jarls, oc vard konungi þat mikill styrkr lids. Eptir þessa orrosto, er ádr var frásagt, geck undir Haralld konung lid allt um en næsto herod, enn sumt flýdi. Þá byriadi Haralldr konungr ferd sína, at vinna borgina, oc lögdo herinom vid Stafnfurdo-bryggior. Enn fyrir þá sauk at konungr hafdi unnit sva mikinn sigr vid stóra höfdingia oc ofrefli lids, var allt fólk rætt oc örvæntiz mótstaudo. Þá gördo borgar-menn rád fyri ser, at senda bod Haralldi konungi, oc biódaz í valld hans, oc sva borgina. Var þetta allt syslat, sva at Sunnodaginn fór Haralldr konungr vid öllom herinom til borgarinnar, oc setto þing utan borgar konungr oc menn hans, enn borgarmenn sótto til þingsins; á því þingi iáradiz allt fólk undir lýdni vid Haralld konung, oc fengo hönom gisla tíginna manna sono, sva sem Tosti Jarl kunni skyn allra manna í þeirri borg,

DE THOSTIO JARLO.

Toſtius Jarlus ab occidente e Flandria acceſſerat ad Haralldum Regem, ut primum hic ad Angliam appulit, qui Jarlus omnibus jam dictis interfuit prœliis. Hic quoque res accidit, quemadmodum is Huralldo Regi antea dixerat, quo tempore primum convenere, ut ad eos conflueret magna hominum multitudo, conſangvineorum atque amicorum Toſtii Jarli, qua multum roboris Regis acceſſit exercitui. Poſt prœlium, quod ſupra eſt dictum, cópiæ omnes proximarum provinciarum Regi ſe ſubmiſerunt, quædam vero fuga ſalutem quæſivere. Tum Haralldus Rex copias movit, ut civitate potiretur, & caſtra juxta pontem Stanfordenſem poſuit. Cum igitur Rex tanta potitus eſſet victoria, contra ſummos copiarum præfectos, & contra exercitum, ſuo longe majorem, omnium animis metu perculſis, ei reſiſtere auſi non ſunt. Quare civibus, conſilio habito, viſum eſt conſultiſſimum, miſſis ad Haralldum Regem legatis, ſua omnia atque civitatem ejus poteſtati & fidei tradere. Quæ omnia ea cura ſunt effecta, ut die dominica Haralldus Rex toto cum exercitu civitatem accedens, extra eam ſuo cum comitatu comitia poneret, ad quæ frequentes convenere cives. Eis in comitiis totus populus, promiſſo Haralldo Regi obſequio (& fide), obſides ei dedere, præcipuæ dignitatis virorum filios: ejus enim civitatis omnes incolæ Toſtio Jarlo erant perquam noti; quo facto,

Rex

borg, oc fór konungr um kvelldit ſofan til ſkipanna med ſiálf-görom ſigri, oc var allkátr. Var ákvedit Þíngit ſnemma mánadaginn í borginni; ſkylldi Þá Haralldr konungr ſkipa ſtadin med ríkis-mönnom, oc gefa retto oc len. Þat ſama kvelld, eptir ſólarfall, kom ſunnan at borginni Haralldr konungr Gudenaſon med óvígan her, reid hann í borgina at villd oc Þocka allra borgar-manna, voro Þá tekinn öll borgar-lid, oc allir veggir, at eigi ſkylldi miſn koma Nordmönnom; var Þeſsi herr um nóttina i ſtadnom.

Rex veſpera i naves deſcendit, victoria, quam ipſe ſibi comparaverat, beatus, atque animo quam maxime hilaris. Statutum fuerat, ut manè die Lunæ in civitate comitia haberentur, in quibus Rex Haralldus civitati Præfectos, conſtitueret eam gubernaturos, juraque daret & feuda diſtribueret. Eadem illa veſpera, poſt occaſum ſolis, ab auſtro ad civitatem acceſſit Haralldus Rex Godwini filius, invicta militum manu ſtipatus, qui bona civium omnium voluntate atque conſenſu oppidum intravit; quo facto, occupatis omnibus portis, atque (tam ibi quam) per muros cuſtodibus diſpoſitis, cautum eſt, ne rei (novæ) nuntius ad Nordmannos portaretur. Per noctem exercitus ille in civitate commorabatur. A. D. 1066.

UPPGANGA HARALLDZ KONUNGS.

Mána-dagin, er Haralldr konungr Sigurdarſon hafdi mataz at dagverdar máli, Þá let hann bláſa til land-gaungo; býrr ſic Þá herinn, oc ſkiptir lidino, hverir fara ſkulo, eda hverir eptir ſkulo vera; hann let uppgánga i hvarri ſveit II menn Þar einn var eptir. Toſti Jarl bió ſic til uppgöngo med Haralldi konungi vid ſina ſveit: enn eptir varo til ſkipa-gæzlo Ólafr konungſon, oc Páll oc Erlendr, Orkneyinga Jarlar, oc Eyſteinn

DE ASCENSU HARALLDI REGIS (AD CIVITATEM).

Die lunæ, poſtquam Haralldus Rex, Sigurdi filius, jentaculum ſumſerat, ſigno tuba data, copias in terram exſcendere juſſit; quo facto, cum ſe paraverat exercitus, copias diviſit, ſecernens quæ ituræ eſſent (ad civitatem), quæve apud naves remanſuræ, ita ut in ſingulos ordines ex navibus juſſerit binos exſcendere remanente uno (tertio). Toſtius Jarlus ſe quoque accinxit, ut cum Haralldo Rege ad urbem aſcenderet, ſuis agminibus comitatus. Navibus autem cuſtodes ſunt relicti Olafus Regis filius, nec non Paulus & Erlendus Orcadum Jarli, atque

A. D. 1066. ſteinn Orri, ſon Þórbergs Árnaſonar, er Þá var ágætaſtr oc kærſtr konungi alla lendra manna: Þá hafdi Haralldr konungr heitit hönom Mario dóttor ſinni. Þá var vedr forkunnliga gott, oc heitt ſkin. Menn leto eptir brynior ſínar, enn gengo upp med ſkiölldom oc hiálmom, oc keſiom, oc ſverdom gyrdir, margir höfdo oc ſkot oc boga, oc váro alikátir. Enn er Þeir ſótto í nánd borginni, fór í móti Þeim lid mikit, ſá Þeir ió-reykinn, oc undir fagra ſkiolldo oc hvítar brynior. Þá ſtaudvadi konungr lid ſitt, let kalla til ſín Toſta Jarl, oc ſpyrr hvat Þetta lid man vera? Jarl ſvarar, letz Þickia meiri van, at úfridr mundi vera, let oc hitt vera mega, at Þetta mundi vera nockorir frændor hans, oc leita til vægdar oc vinátto, enn fá i mót af konungi trauſt oc trúnat. Þá mællti konungr, at Þeir mundo fyrſt hallda kyrro fyrir, oc forvitnaz um herinn; Þeir gördo ſva, oc var lidit Því meira, er náligarr fór, oc allt at ſiá, ſem á eina ís-möl ſæi, er vapnin glóado.

atque Eyſteinus Orri, filius Thorbergi Arnii filii, omnium Satraparum (Norvegiæ) tunc temporis inclytiſſimus & Regi cariſſimus, cui Rex filiam ſuam Mariam conjugem promiſerat. Eximia eo die erat aëris clementia, atque ſole ſplendente calor; quare (Nordmanni) relictis loricis, adſcenderunt clypeis, galeis & gæſis-lanceisqve armati atque gladiis cincti, quidam ſagittas etiam & arcus portantes, ſed læto omnes hilariqve animo. Cæterum ubi civitati appropinquarunt, ingens iis in occurſum venit exercitus, videruntqve pulveris nubem, ab equis concitatam (quæ in aërem ferebatur), & ſub nube clypeos pulcherrimos ac albicantes loricas. Hic Rex agmen ſuorum ſiſtens, Toſtium Jarlum vocari juſſum interrogat, qvænam hæ eſſent copiæ? Ad quæ reſpondens Jarlus dixit, veriſimilius ſibi videri, hoſtilem hic adeſſe exercitum, fieri tamen poſſe, ut conſangvineorum ſuorum qvidam hi eſſent, veniam (hinc) delictorum & amicitiam qværentes, (illinc) Regis opem, fidemqve & gratiam implorantes. Tum juſſit Rex ſuos primum conſiſtere, ut qvænam eſſent eæ copiæ, explorarent; hoc facto, qvo propius acceſſit exercitus iſte, eo major eſt factus, viſusqve totus, armis radiantibus, acſi ſparſarum eſſet glacierum congeries.

RAD TOSTA JARLS.

Þá mællti Haralldr konungr: tökom nú gott rád nockot oc vitrligt, Þviat eigi er at dyliaz í, at ófridr er, oc mun kominn

CONSILIUM TOSTII JARLI.

Tum Haralldus Rex: "jam bonam, inqvit, atqve rei conveniens conſilium prudenter ineamus: non enim dubitandum aut diſſimulandum,

kominn konongr ſiálfr. Þá ſvaradi Jarl: Þat er it fyrſta, at ſnúa aptr ſem ſkiótaſt til ſkipa, eptir lidi voro oc vápnom, veitom Þá vidrtöko eptir efnom; enn at ödrom koſtom látom ſkipin gæta var, oc eigo Þá riddarar eigi valld yfir oſs. Þá ſagdi Haralldr honungr: annat rád vil ec hafa, at ſetia hina ſkiótuſto heſta undir Þriá vaſka drengi, oc rídi Þeir ſem hvatligaſt, oc ſegi lidi voro, man Þá ſkiótt koma oſslidveizla, fyri Því at Englizmenn ſkulo eiga enn ſnarpa hrid, ádr enn ver berim inn lægra lut. Þá ſagdi Jarl bad konung ráda Þeſso ſem ödro, 'letz oc vera eigi giarn at flýa. Þá let Haralldr konungr ſetia upp merki ſitt Land-eydo; Frirekr het ſá er merkit bar.

dum, hoſtem adeſſe, inimica portantem; Rex ſine dubio ipſe advenerit.„ Ad quæ reſpondit Toſtius: "primum erit, ut quam fieri poſſit ocyſſime ad naves reverſi, copias ibi relictas nobis jungamus, & arma capiamus, quo facto, pro viribus aggredientem hoſtem excipiemus, aut ſi id non commode proceſſerit, naves habebimus defenſores, ſic equitum agmini non licebit arma nobis inferre.„ Hic Haralldus Rex: aliud, inquit, "conſilium capiam; equos velociſſimos adſcendere jubebo tres juvenum promtiſſimorum, qui curſu effuſiſſimo equitantes, rem comitatui noſtro narrabunt, quo facto, ſuppetiæ nobis cito advenient; acerrimam etenim pugnam experientur Anglici homines, antequam eis inferiores redditi ſuccumbimus.„ Tum reſpondens Jarlus dixit, ſe hæc, ut cætera omnia, voluntati & conſilio Regis relinquere, nec ſe in fugam eſſe propenſum. Poſtea Haralldus Rex vexillum ſuum, Landeyda dictum, erigi fecit. Qui vexillum portabat, Frirekus (Frederikus) nominabatur.

A. D. 1066.

FRA FYLKING HARALLDZ KONUNGS.

Sídan fylkdi Haralldr konungr lidi ſíno let fylking lánga enn eigi Þiöcka: Þá beygdi hann armana aptir áak, ſva at ſaman tóko, var Þat Þá vídr ríngr, oc iafn-Þyckr öllom megin utan, ſkiölldr vid ſkiölld, oc ſva yfir ofan, enn konungr ſiálfr oc konungs ſveitin var fyrir innan

DE ACIE AB HARALLDO REGE ORDINATA.

Poſthac Haralldus Rex ſuas copias ordinavit, aciem longam inſtruens, ſed non denſam, cujus deinde cornua utrimque retro flexit, ita ut ibi jungerentur, quo modo in orbem formata eſt acies ingentem, pari ubique denſitate, clypeoque clypeum tangente, tam in prima acie ſtantium, quam his proximorum, ipſe

innan hríngiun, oc þar merkit; þat var oc valit lid; oc í ödrom ſtad var Toſti Jarl med ſina ſveit, hafdi hann annat merki: var fyrir því ſva fylkt, at konungr viſsi, at ridarar voro vanir at rída á ridlom, oc þegar aptr. Nú ſegir konungr, at hans ſveit oc Jarls ſveit ſkal þar fram gánga, er meſt er þörf; enn bog-menn varir ſkulo þar oc vera med oſs, enn þeir er fremſtir ſtanda, ſkulo ſetia ſpiótz-hala ſína í iörd nidr, enn ſetia oddana fyri brióſt riddorom; ef þeir rída at, enn þeir er næſtir ſtanda, ſeti ſína ſpiótz-odda fyri brióſt heſtom þeirra.

A. D. 1066

ipſe autem Rex Regisque comitatus intra orbem erant, & ibi quoque vexillum. Hæc lecta erat acies; ſtabatque alio loco Toſtius Jarlus, & ille ſuo ſtipatus comitatu, aliudque habens vexillum. Cæterum ea de cauſa dicto modo ordinata erat acies, quod ſciret Rex, more inter equites eſſet receptum, turmatim adequitare, moxque recedere. Quare juſſit Rex, ut ſua nec non Jarli cohors in aciem procederent, ubi neceſſitas potiſſimum (eorum operam) poſtulabat, ut iis quoque jungerentur ſagittarii, & ut in primo ordine ſtantes, fixis in terra haſtilibus (lanceārum) mucrones equitum pectoribus objicerent, ſi adequitarent, eisque proxime ſtantes haſtarum pectoribus equorum objicerent cuſpides.

FRA HARALLDI GUDINASYNI.

Haralldr konungr Gudinaſon var þá kominn med her óvígan, bædi riddara oc fót-gángandi menn. Haralldr konungr Sigurdarſon reid þá um fylking ſína, oc ſkyniadi hvernog fylkt var; hann ſat á ſvörtom heſti bleſottom, heſtrinn fell undir hönom, oc konungr af fram; ſtód hann upp ſkiótt, oc mællti: fall er farar-heil. Þá mællti Haralldr Engla konungr til Nordmanna þeirra, er med hönom voro: kendo þer þann inn mikla mann, er þar fell af heſtinom, vid hinn blá kyrtil, oc hinn

DE HARALLDO GODWINI FILIO.

Haralldus Godwini filius jam acceſſerat, invicta tam equitum quam peditum manu comitatus; quo tempore Rex Haralldus Sigurdi filius ſuorum aciem obequitabat, eam ordinatam curatius inſpiciens. Vehebatur is equo nigro, frontem macula alba notato, qui lapſus pedibus, Regem in terram pronum effudit. Ille celeriter in pedes erectus: "lapſus, inquit, itineris feliciter proceſſuri eſt omen." Tum Haralldus Angloruu Rex Nordmannos allocutus, qui in ejus exercitu erant, interrogavit, anne virum cognoſcerent illum ingentem, qui ex equo lapſus fuerat, cærulea tunica indutum, & galea pulcherrima

hinn fagra hiálm? Þat er konungr fiálfr, fögdo Þeir. Engla konungr fagdi: mikill madr oc ítrmannligr; oc er Þat vænna, at farinn fe nú at hamingio.

cherrima caput tectum? ad quæ reſponden- A. D. circa
tibus illis, ipſum eſſe Regem, dixit Anglo- 1066.
rum Rex: "Vir quidem ille magnus eſt & ſpecie auguſtus, ſed ut auguror, à fortuna jam deſtitutus."

FRA TALI HÖFDINGIA.

Riddarar XX rído fram af Þínga-manna lidi fyri fylking Nordmanna, oc voro albryniadir, oc ſva heſtar Þeirra; Þá mællti einn riddari: hvart er Toſti Jarl í lidino: hann ſvarar: eigi er Því at leyna, her muno Þer hann finna. Þá mællti einn riddarinn: Haralldr konungr, bródir Þinn, ſendir Þer kvedio, oc Þau ord med, at Þu ſkallt hafa grid oc Nordumbraland allt, oc helldr en eigi vilir Þú til hans neigiaz, Þá vill hann gefa Þer Þridiong ríkis ſíns alls med ſer. Þá ſagdi Jarl: Þá er nockot bodit annat enn úfridr oc ſvívirding, ſem í vetr, oc hefdi Þá verit Þetta bodit, Þá væri margr ſá madr á lífi, er nú er daudr, oc betr myndi Þá ſtanda til ríki í Englandi. Nú tek ec Þenna koſt, edr hvat vill hann Þá bióda Haralldi konungi Sigurdarſyni fyri ſitt ſtarf? Þá mællti riddarinn: ſagt hefir hann Þar nockot frá, hvers hann mun hönom unna af Englandi VII fóta rúm, eda Því lengra ſem hann er hærri enn adrir

DE COLLOQVIO IMPERANTIUM.

Viginti equites, ex Thingmannorum exercitu adequitantes, Nordmannorum aciem acceſſere, ipſi ut & eorum equi toti loricati. Tum equitum quodam interrogante, an Toſtius Jarlus ibi in acie verſaretur, ipſe reſpondet: "vos equidem non lateat, eum hic a vobis inveniri poſſe." Ad quæ equitum unus: "Haralldus Rex, inquit, frater tuus, miſſa tibi ſalute atque hoc nuntio, pacem atque totam offert Northumbriam; atque potius, quam ut ad ejus partes ac amicitiam flecti nolis, tertiam totius regni tibi dare vult partem." Hic Jarlus: "alia equidem, inquit, jam offeruntur, quam inimicitia, bellum atque contumelia, prout (proxime præterlapſa) hyeme eſt factum; quodſi hæc tunc temporis fuiſſent oblata, multi in vivis eſſent homines, qui nunc interierunt, meliorque longe Anglici regni rerum ſtatus. —Verum ſi has oblatas ego acceperim conditiones, quam Haralldo Regi, Sigurdi filio, offert laboris (impenſi) compenſationem?" Ad quæ eques ille: "etiam, inquit, paucis indicavit, quid ex Anglia ei conceſſum velit, terræ ſpatium ſeptem pedum aut nonnihil majus, quantum is altitudine alios

A. D. 1066. menn. Þá ſagdi Jarl: farit þer nú oc ſegit Haralldi konungi, at hann ſkylldi búaz til orroſto; annat ſkal ſatt vera at ſegia med Nordmönnom, enn at Toſti Jarl fór frá Haralldi konungi Sigurdarſyni, oc í fianda-flock hans, þá er hann ſkylldi beriaz í Englandi veſtr: helldr ſkulo ver allir taka eitt rád, deyia med ſemd, eda fá England med ſigri. Þá rido aptr riddarar. Þá mællti Haralldr konungr Sigurdarſon vid Jarl: hverr var þeſsi inn mál-ſnialli madr? Þá ſagdi Jarl: þat var Haralldr konungr Gudenaſon. Þá mællti Haralldr konungr Sigurdarſon: of-lengi voro ver þeſso leyndir; þeir varo ſva komnir fyri lid vart, at eigi myndi þeſsi Haralldr kunna at ſegia bana-ord varra manna. Þá ſagdi Jarl: ſatt er þat, herra, óvarliga fór ſlíkr höfdingi, oc vera mætti ſva ſem þer ſegit; oc ſá ec þat, at hann villdi mer grid bióda oc ríki mikit, enn ec vera banamadr hans, ef ec ſegda til hans; vill ec helldr at hann ſe minn bana-madr, enn ec hans, ef annathvert ſkal vera. Þá mællti Haralldr konungr Sigurdarſon til ſinna manna: lítill madr var þeſsi, oc ſtód ſteigrliga í ſtig-reiponom. Sva ſegia menn, at Haralldr konungr Sigurdarſon qvad víſo þeſsa:

alios homines ſuperat.„ Tum Jarlus: "abeuntes igitur, ait, Haralldo Regi nuntii ferte mandatum, ut ad prælium ſe accingat; aliud quidem, quod inter ſe verum loquentur, habebunt Nordmanni, quam Toſtium Jarlum, Haralldo Rege Sigurdi filio relicto, hoſtium ejus partibus & agmini ſe ſocium adjunxiſſe, quo tempore ad occidentem in Anglia prælium erat initurus. Omnibus nobis eadem potius erit meus, idem propoſitum, honeſtam obire mortem, aut Angliæ victoria potiri.„ Ad ſuos remeantibus equitibus, Haralldus Rex, Sigurdi filius, Jarlum interrogavit, qvisnam eſſet vir ille oris adeo diſerti? quo reſpondente, Haraldum Regem fuiſſe, Godwini filium, Haraldus Rex, Sigurdi filius: "enimvero, inquit, juſte diutius id nobis fuit occultum: noſtram enim aciem adeo acceſſerant illi, ut iſte Haralldus cladis & cædis noſtrorum nuntius non eſſet rediturus.„ Ad quæ Jarlus: "vera, ait, loqueris tu, Domine, nimis incaute ſe geſſit tantæ dignitatis Princeps; fieri (equidem) poſſent, quæ Tu loqueris: verum cernens, eum pacem mihi atque amplum regnum velle offerre, me contra necis in eo patratæ fore reum, ſi eum proderem, malui illum me occiſurum, quam me illum, ſi alterutrum fieri ſuerit neceſſum.„ Tum ſuos allocutus Rex Haraldus, Sigurdi filius: "exiguæ, inquit, ſtaturæ erat vir iſte, verum is ſtapedibus ſuis firmiter inhæſit.„ Memoriæ produnt homines, Regem Haraldum Sigurdi filium hoc carmen eeciniſſe:

Fram

Prorſam

A. D. 1066.

Fram göngo ver
I fylkingo
Brynio lauſir
Und blár eggiar,
Hiálmar ſkína
Hefkat ec mína
Nú liggr ſkrúd vart
At ſkipom nidri.

Prorſum eamus
Nos in aciem,
Loricas nudati
Lividos ſub gladios.
Galeæ micant,
Non habeo meam,
Jam jacet ornatus
Noſter in navibus.

Emma het brynia hans, hon var ſíd, ſvat at hon tók á mit bein hánom, oc ſva ſterk, at alldri hafdi vapn á feſt. Þá mællti Haralldr konungr Sigurdarſon: Þetta er illa ort, oc mun verda at göra adra betri; Þá qvad hann:

Erat ei lorica, Emma dicta, prolixa adeo, ut ad mediam promineret ſuram, & adeo firma, ut armis omnibus ſemper impenetrabilis fuiſſet. Tum Rex Haraldus, Sigurdi filius: "inconcinnum, inquit, & rude fuit iſtud quod cecini, quare aliud meliusque carmen pangam, neceſſe eſt." Tum hæc cecinit:

Kriúpom ver vid vapna
Valteigs brákan eigi
Sva baud hilldr at hialldri
Haild-ord í bug ſkialldar.
Hátt bad mic Þar er mættuz
Menſkord bera fordom
Hlackar ís oc hauſar
Hiálm ſtall í gny málma.

Serpimus nos in armorum,
Stragis in campo, ſtrepitu minime,
Ita juſſit Hilda nos in prælio,
Perſtans, ſub ventrem cavum ſcutorum.
Alte me monuit, ubi occurrunt,
Virgo illa geſtare olim,
Gladii micantes atque crania,
Galeæ ſedem, in ſtrepitu metallorum.

Þá kvad oc Þiódolfr:

Tunc hoc quoque cecinit Thiodolfus:

Skalka ec frá Þótt fylkir
Falli fiálfr til vallar
Gengr ſem Gud vil úngom
Grams erfingiom hverfa.
Skína ſól á ſyni
Snarràds en Þá báda
Haralldz ero haukar görfir
Hefnendr konungs efni.

Non ſum ego, quamvis Rex
Ceciderit ipſe, ſtratus in campis,
Eat res ut vult Deus, juvenibus
Regis hæredibus defuturus.
Splendor ſolis non cadet in filios
Conſiliis promti, antequam ambo
Haralldi fuerint accipitres parati,
Patrem ulturi, Reges futuri.

A. D. 1066.

UPPHAF ORROSTONNOR.

Nú hefr upp orroſto, oc veita Enſkir menn áreid Nordmönnom, verdr vidtakan hörd, vard óhægt Enſkom mönnom, at rída at Nordmönnom, fyri keſionom, oc rido þeir í hríng um þá, var þar þá fyrſt laus orroſta, medan Nordmenn helldo vel fylkingonni, enn Enſkir menn rido at hart, oc þegar frá, er þeir fengo eigi at ſyſt. En er Nordmenn ſá, at þeim þótti, blaudliga atridit, þá ſótto þeir eptir þeim, oc villdo reka flóttann; enn er þeir höfdo brugdit ſkialld-borginni, þá rido Enſkir menn at þeim öllom megin, oc báro á þá ſkot oc ſpiót. Enn er Haralldr konungr Sigurdarſon ſá þat, geck hann fram í orroſto þar er meſtr var vapnaburdrinn, vard þar þá hin hardaſta orroſta, oc fell mikit lid af hvaromtveggiom. Þá vard Haralldr konungr Sigurdarſon ſva ódr, at hann lióp allt fram or fylkingonni, oc hió bádom höndom, hellt þá hvarki vid hönum hiálmr nebrynia; þá ſtucko frá hönom allir þeir er næſtir voro: var þá vid ſiálft, at Enſkir menn mundi flýia. Sva ſegir Arnorr Iarla-ſkálld:

Hafdi brióſt ne bifdiz
Böd-ſnart konungs hiarta
I hiàlm þrimo hilmir
Hlit ſtyggr fyri ſer lítit.

EXORDIUM PRÆLII.

Jam prælium oriebatur, cum Angli in Nordmannorum aciem (ferociter) ſunt invecti, qvibus fortiter hoſtem excipientibus, Anglis non ſucceſſit factus ab eqvitibus in Nordmannos impetus, ob projecta gæſa, qvare Anglis circumcirca illic obeqvitantibus, primum leviter & ſparſim conſeruere manus, qvamdiu Nordmanni ordines aciei probe ſervarunt. Anglis acriter qvidem ſe ingerentibus, ſed ubi in vanum cecidit impetus, mox recedentes effuſi fugientibus inſtare voluerunt; qvare cum aciei ſcutis munitæ ordines laxaverant, Angli undiqve in eos invecti, miſſilia & jacula ingerebant. Qvo viſo, Rex Haralldus Sigurdi filius, in primam proceſſit aciem, ubi arma confertim maxime ingerebantur; qva re factum eſt, ut ex acie ipſe procurrens, ad utramqve manum obvios proſterneret, tanto impetu, ut adverſus ictus ſævientis nec galeæ nec loricæ impenetrabiles eſſent; qvare ejus vim fugientibus omnibus, qvi proximi fuere, eo jam ventum erat, ut Angli fugam circumſpicerent; cujus rei ita meminit Arnorus Jarlaskalld:

Habuit tutamen, neqve trepidavit
In pugna ſtrenuum Regis cor
In galeæ procella Princeps
Satis, iratus, ante ſe exiguum.

Þars til þengils herſa
Þat ſá har atſkatna
Blódrögr hiörr hins barra
Beit döglinga hneitis.

Ubi Regis & Principis Herſerorum,
Id vidit exercitus, qvod viros hoſtes
Cruentus gladius iſtius nudi
Momordit Reges repellentis.

A. D. 1066.

FALL HARALLDZ KONUNGS SIGURDARSONAR.

Haralldr konungr Sigurdarſon var loſtinn auro í oſtinn, þat var hans bana-ſár, fell hann þá oc aull ſú ſveitin, er framgeck med hönom, nema þeir er aptr opodo, oc helldo þeir merkino; vard þá enn inn hardaſti bardagi, geck þá Toſti Jarl undir konungs merkit: tóko þá hvarirtveggio at fylkia annat ſinni, oc vard þá á dvöl miöc löng oroſtonni. Þá qvad Þiódolfr:

Aulld hefir afrád golldit
Illt nú qved ec her ſtilltan
Baud þeſſa ferd þiódan
Þarflauſt Haralldr auſtan.
Sva lauk ſiklings æfi
Snialls at ver rom allir
Lofdúngr beid inn leyfdi
Lífs grand í ſtad vandom.

CÆDES HARALLDI REGIS SIGURDI FILII.

Haralldus Rex Sigurdi filius, ſagitta guttur trajectus, qvod vulnus ei erat lethiferum, cecidit ibi, totaqve militum manus, qvæ ex acie progreſſum fuerat comitata, exceptis qvi ad ſuos ſenſim retroceſſere, vexillum portantes. Hic iterum acerrimum recruduit prælium, Toſtio Jarlo ſub Regis ſuccedente vexillum. Poſtea utrimqve aciem denuo ordinare coeperunt, qvo tempore ab pugna diu ceſſatum eſt. Tunc Thiodolfus hoc cecinit:

Populus cenſum & vectigal pependit
Malum, jam dico exercitum ſubſiſtere,
Imperavit hocce iter gentibus
Non neceſſario Haralldus ab ortu.
Ita deſiit Regis vita
Celeberrimi, ut ſimus omnes,
Regem manſit illum laudatum
Vitæ jactura, in loco peſſimo.

Enn ádr en ſaman ſigi en ſídari orroſtan, þá baud Haralldr Gudenaſon grid Toſta Jarli bródr ſínom, oc þeim mönnom ödrom, er þá lifdo eptir af lidi Nordmanna; enn Nordmenn æpdo upp allir ſenn, oc ſögdo ſva, at hverr ſkylldi falla of þveran annan, fyrr en þeir gengi til grida vid Enſka menn. Æpdo þá

Antequam vero coaluit prælium poſterius, Haralldus Godwini filius Toſtio Jarlo fratri, una cum cæteris omnibus, qvi ex Nordmannorum copiis erant ſuperſtites, pacem & vitam obtulit. Contra Nordmanni omnes, ſublato clamore, uno dixerunt ore, ſe prius caſuros, caſos alium ſupra alium, qvam vitam & pacem Anglis acceptam velle referre;

A. D. 1066. Þá hverirtveggio her-op, tókz Þá orrosta í annat sinn. Sva segir Arnorr Jarla-skálld:

Eigi vard ens æg'a
Audligr konungs daudi
Hlífdot-hlenna sofi
Hoddom rodnir oddar.
Helldr kuro meirr ins mæra
Milldings en grid villdo
Of fólk snaran fylki
Falla lids-menn allir.

referre; quare belli clamore utrinque sublato, prælium denuo restauratum est. Hac de re ita cecinit Arnorus Jarlaskalld:

Haud erat illius metuendi
Felix Regis obitus;
Non pepercerunt nebulones sopienti
Auro multo ornatæ cuspides.
Potius elegerunt illustris illius
Principis, quam vitam & pacem petere,
Circa Principem populi
Cadere, milites omnes.

ORRA-HRID.

Eysteinn Orri kom í því bili frá skiponom med Því lidi, er hánom fylgdi, voro Þeir albryniadir, feck Þá Eysteinn merki Haralldz konungs Landeydona: verdr nú orrosta í Þridia sinn, oc var sú hinn snarpasta, fello Þá miöc Enskir menn, oc var vid sídst at Þeir mundi flýia. Sú orrosta er köllod Orra-hríd. Þeir Eysteinn höfdo farit sva ákafliga frá skiponom, at Þeir voro fyrr sva módir, at náliga voro Þeir ófærir, fyrr enn Þeir komo til orrosto, enn sídan voro Þeir sva ódir, at Þeir hlífdo ser eigi medan Þeir mátto uppistanda; at lycdom steypdoz Þeir or hrínga-brynionom, var Þá Enskum mönnom hægt at finna högg-stadi á Þeim, enn sumir sprúngo med öllo, oc dó ósárir, fell náliga

ORRII PROCELLA.

Eysteinus Orrius illo temporis momento à navibus accessit, copiis stipatus, quæ cum comitabantur, loricatis omnibus. Eysteinus, vexillum Regis assecutus, Landeyda dictum, tertio prælium instauravit, in qua maxima animorum & virium contentione pugnatum est, Anglorum magna cadente multitudine, adeo ut ipsi fugæ proximi essent. Pugna illa vocata est Orrii procella. Eysteinus ejusque comites viam à navibus vehementer adeo festinaverant, lassitudine ideo ita confecti, ut ad omnia fere essent inepti ac destituti viribus, antequam prælium inirent; quod postquam inirent, eo furore in hostem ruebant, ut scutis corpora non tegerent, quamdiu peäibus stare potuere. Ad ultimum loricas abjicientes, ictibus quos intulere Angli, toto patebant corpore, quidam etiam, lassitudine penitus confecti, absque vulneribus necabantur. Tota fere

náliga allt ſtór-menni Nordmanna. Þetta var inn efra lut dags; vard þat ſem von var, at þar voro enn eigi allir iafnir, flýdo margir, oc þeir er ſva komoz undan, at ymiſſa audno báro til; gördi oc myrkt um kvelldit, ádr en lokit væri öllom mann-dráponom.

fere hic periit Nordmannorum nobilium & Satraparum turba. Factum eſt hoc, die ad veſperam vergente; acciditqve hic, qvod exſpectari potuit, ut idem omnium non eſſet fatum: multi (enim) fuga ſalutem qvæſivere, evaſerunt qvoqve alii, qvibus ſors variis favebat modis, dieqve veſperaſcente tenebræ obortæ ſunt, antequam finita eſt hominum ſtrages. A. D. 1066.

FRA STYRKARI STALLARA.

Sendimenn Knúts konungs fóro aptr leid ſína, oc byriadi þeim vel um hafit. Fóro þeir ſídan á fund Knúts konungs, oc ſögdo hönúm erindislok ſín, oc ſva þau ályctarord, er Olafr konungr mælti ſídarſt vid þá. Knútr konungr ſvarar: eigi getr Olafr konungr rett, ef hann ætlar, at ec muni einn vilia eta kál allt á Englandi; ec mundi hitt vilia helldr, at hann þat finni, at mer býr fleira innan rifia enn kál eitt; þvíat hedan ſkulo hönom kölld rád koma undan hverio rifi. Þat ſumar komo af Noregi til Knúts konungs Áslákr oc Skiálgr, ſynir Erlings af Jadri, oc fengo þar gódar vidtökor; þvíat Áslákr átti Sigrídi dóttor Sveins Jarls Hákonarſonar; voro þau brædra börn oc Hákon Jarl Eiríksſon. Feck Knútr konungr þeim brædrom veitzlor ſtórar þar med ſer, oc voro þeir mikils virdir.

Nuntii Kanuti Regi iter ſuum retro proſecuti, atqve per mare ſecundo vento uſi, ad Regem Kanutum ſe poſtea contulere, cui tam negotii ſibi mandati eventum narrarunt, qvam ultima, qvæ Olafus Rex locutus fuerat, rem decernentia verba. Ad qvæ reſpondens Kanutus Rex: „fallitur, inqvit, ſua conjectura Olafus Rex, ſi exiſtimet, me crambem omnem Angliæ ſolum comeſurum; id potius velim ipſe ſentiat, mihi intra præcordia plura verſari, qvam ſolam crambem, ab his enim præcordiis & a ſingulis, intra qvas latent, coſtis, frigida ei manabunt conſilia.“ Ea æſtate ex Norvegia ad Kanutum Regem venere Aſlakus atqve Skialgus, filii Erlingi ex Jadria, qvi ibi comiter ſunt excepti: matrimonio enim ſibi junxerat Aslakus Sigridam, filiam Sveini Jarli, Hakoni filii, qvæ atqve Hakonus Jarlus Eiriki, filius, erant patrueles. Dictis fratribus Kanutus Rex apud ſe magna dedit feuda, atqve ampliſſimis ibi aucti illi ſunt honoribus.

FRA OLAFI KONUNGI OC ÖNUNDI KONUNGI.

1027. Þá er Olafr konungr figldi til Danmerkr, hellt hann til Siólandz: enn er hann kom þar, tók hann at heria: veitti uppgöngor.

DE OLAFO REGE ET ÖNUNDO REGE.

Olafus Rex claſſe in Daniam vectus, ad Sialandiam tetendit; qvo ubi appulit, bello graſſari cæpit, exſcenſione facta. Qva re incolis

gor. Var þá bædi landzfólkit hrætt, oc ſumt drepit; ſumt var handtekit oc bundit, flutt ſva til ſkipa. Enn allt flýdi þat er því kom vid, oc vard eingi vidſtada. Gerdi Olafr konungr þar et meſta her-virki. Enn er Olafr konungr var á Siólandi, þá ſpurdi hann þau tídindi, at Önungr konungr Olafsſon hafdi úti leidángr, oc fór med her mikinn auſtan fyrir Skáni, oc heriadi hann þar. Vard þá bert um ráda-gerd þá, er Olafr konungr höfdo haft í Elfinni, þá er þeir gerdo ſamband ſitt oc vinátto, at þeir ſkylldo bádir veita mótſtödo Knúti konungi. Fór Önundr konungr til þeſs, er hann fann Olaf konung mág ſinn. Enn er þeir hittoz, þá gera þeir þat bert, bædi fyrir ſino lidi oc landzfólkino, at þeir ætla undir ſic at leggia Danmörk, oc beida ſer vidrtöko af landzmönnom. Enn þat var, ſom vída finnaz dæmi til, at þá er landsfólk verdr fyrer hernadi, oc fær eigi ſtyrk til vidrtöko, þá iáta fleſtir öllom þeim álögom, er ſer mega frid med kaupa. Vard þá ſva, at margir menn gengo til handa þeim konungom, oc iátudo þeim lýdni. Lögdo þeir vída landit undir ſic, þar er þeir fóro, enn heriodo at ödrom koſti.

incolis perterritis, quidam eorum occiſi ſunt, capti alii & vincti, atque ita ad naves abstracti. Omnes autem, quibus dabatur ejus rei copia, fuga ſalutem quarebant, adeo ut hic nemo repugnarei ; (quocirca) Olafus Rex ſtrage & populationibus ibi quam maxime ſæviebat. In Sialandia autem dum erat Rex Olafus, fama & nuntiis accepit, Önundum Regem, Olafi filium, copiis (per regnum) imperatis, magno cum exercitu Scaniæ littora ad orientem legere, atque ibi bellum movere. In vulgus tunc innotuerunt conſilia, quæ Olafus Rex, Rexque Önundus in fluvio Elf agitaverant, quo tempore fædus ibi & amicitiam junxere, (pactos nempe fuiſſe) ut ambo Knutō Regi reſiſterent. Önundus Rex provectus eſt, dónec ſororis ſuæ maritum Olafum Regem convenit. Ambo autem congreſſio, tam copiis ſuis, quam terrarum incolis notum fecere, ſibi in animo eſſe, Daniam ſubjugare, incolas igitur rogantes, ut ſe in Reges acciperent. Accidit ergo hic, quod alias accidiſſe late monſtrant exempla, ut vi atque bello oppreſſi terrarum incolæ, cum reſiſtendi vires non ſuppetunt, eorum plerique onera omnia & exactiones jubeant, quibus ſibi pacem poſſint redimere. Hinc factum eſt, ut multi Regibus ſe ſubmittentes, fidem illis & obedientiam obſtringerent. Late igitur, quocunque proceſſere, terram ſibi obnoxiam reddidere, ubicunque id non fieret, bello graſſantes. Hujus belli mentio-

A. D. 1027.

nem

A. D. kosti. 1027. Sighvatr skálld getr þessa hernadar í drápo þeirri, er hann orti um Knút konung enn Ríka:

Knútr var und himnom
Hygg ec ætt at frett
Haraldz í her
Hug vel duga.
Let lyr göto
Lid sudr or Nid
Olafr iöfurr
Arsæll fara.

Þurdo nordan
Namz þat med gram
Til sletz svalir
Sælundz kilir:
Enn med annan
Önundr Dönom
A hendor at há
Her Sænskan ferr.

Læt um land lokit
Lid gramr saman
Mar-bedicm med
Mörg nef-biörgom:
Þar er grád fyrir gnód
Grám hömlom lá
Þorn heims þrymo
Þyrn dröf eyndri.

nem facit Sighvatus Skalld in carmine, quod de Rege Knuto potente cecinit, (his verbis):

Knutus erat cælis sub (omnibus),
Cogito ego progeniem, inclytus,
Haralldi in copiis (& inter arma)
Animi robore esse præstantem.
Curavit (ille), ut piscium senitam-
Naves meridiem versus ex Nida
Olafus Rex & Princeps, annonæ
Proventu læto felix, excurrerent.

Prolapsæ sunt (ita) à borea usque,
Id fama innotuit, comite Rege,
Ad latas planities; frigidæ illæ,
Terræ Selundicæ, navium carinæ.
Alio autem hic comitante,
Önundus (Rex & Princeps) Danos
Adversus (bellum & arma ferens)
Exercitu Svecico, (strenue) tendebat.

Curavit circum regionem cingi,
Navibus (quas duxit) Rex collectis,
Maris culcitam (in Sialandia)
Plurimis atque bene armatis.
Ubi vorax sub murmuravit
Regis gubernantis clavo unda,
Disparuit maris, pugnæ & belli
Spinæ mare in Xylosolea.

FRA DREKA KNUTS KONUNGS.

Knútr hinn Ríki hafdi búit her sinn or landi: hafdi hann of lids, oc skip furdoliga stór; hann sjálfr hafdi dreka þann, er sva var mikill, at sextugr var at rúma-tali: voro þar á höfot gullbúin. Hákon Jarl hafdi annan dreka; var sá fer-

DE DRACONE KNUTI REGIS.

Knutus Potens, structo quem ex Anglia duxit exercitu, amplissimas quam maxime collectas habuit copias, navesque mirum in modum ingentes. Draco ipsi erat eximiæ adeo magnitudinis, ut transtra haberet sexaginta, cui caput erat pictum cælatumque auro. Alium draconem duxit Hakonus Jarlus,

fertögr at rúma-tali; voro þar oc gyllt höfot á; enn feglin bædi voro ſtöfot öll med blá oc raudo oc græno: öll voro ſkipin ſteind fyrir ofan ſæ; allr búnadr ſkipanna var hinn glæſiligaſti; mörg önnor ſkip höfdo þeir ſtór, oc búin afburdar vel. Þeſs getr Sighvatr ſkálld í Knútz drápo:

Jarlus, cujus interſtitia, transtris diſtincta, numero erant quadraginta, & caput etiam inauratum, utriusque autem navis vela coloribus, cæruleo, rubro viridique tota variegata. Omnes præterea naves, quousque ſupra mare eminebant, pictæ erant, & cuncta navium inſtrumenta quam ſplendidiſſime ornata. Multas præterea alias habuere naves ingentes, cultu excellentes. Cujus rei ita meminit Sighvatus Skalld, in carmine, dicto Knuts-drápa: A. D. 1027.

Knútr var und himnom
Herr auſtan-ferr,
Frídr fylkis nidr
Frán-eygr Dana,
Skreid veſtan vidr
Var glæſtr ſá er bar
Ut andſkota
Adalráds þadan.
Oc báro í byr
Blá ſegl vid rá
Dyr var döglings för
Drekar landreka.
Enn þeir er komo
Kilir veſtan til
Um leid lido
Limafiardar brim.

Kanutus erat cælis ſub (omnibus),
Exercitus ejus de oriente tendebat,
Pulcherrimus ille, gentis progenies,
Acutis & claris oculis, Danorum.
Prolapſum eſt ab occidente lignum,
Splendide ornatum, id qvod portavit
In mare hoſtem & inimicum
Adalradi (Regis) inde (a terra.)
Atqve portarunt, vento ferente,
Cæruleis velis, antennæ annexis,
Splendidum erat Principis iter,
Dracones naves terrarum rectores.
Atqvi iſtæ, qvæ pervenere,
Carinæ iſtuc ab occidente,
Per æſtuantia (ibi) transibant
Limici Sinus vada (& freta.)

Sva er ſagt, at Knútr konungr hellt her þeim enom mikla veſtan af Englandi, oc komo heilo öllo lidi ſíno til Danmerkor, oc lagdi til Limafiardar: var þar fyrir ſamnadr mikill landsmanna.

Traditum eſt, Knutum Regem, cum ingenti iſto exercitu de occidente ex Angla vectum, ſalvis copiis ſuis omnibus ad Daniam veniſſe, & ad Sinum Limicum appuliſſe, ubi ingens incolarum collecta erat multitudo.

A. D. 1127.

HÖRDA-KNUTR TIL KONUNGS TEKINN.

Ulfr Jarl Sprakaleggsſon hafdi ſettr verit til land-varnar í Danmörk, þá er Knútr konungr fór til Englands: hafdi hann ſellt í hendor Úlfi Jarli ſon ſinn, þann er kalladr var Hörda-Knútr: var þat et fyrra ſumar, ſem adr er ritat. En Jarl ſegir þegar, at Knútr konungr hafdi bodit hönom þat erindi at ſkilnadi þeirra, at hann villdi at Danir tæki til konungs yfir Danavelldi Hörda-Knút ſon Knútz konungs: feck hann fyrir þá ſök hann oſs í hendor; hefir ec, ſegir hann, oc margir adrir her landsmenn oc höfdingiar, kært optliga þat fyrir Knúti konungi, at mönnom þikir þat her í landi vandi mikill, at ſitia her konunglauſt, er enom fyrrom konungom Dana þótti þat fullrædi at hafa konungdóm yfir Danavelldi eino ſaman. Enn þá er hin fyrri æfi var, redo þeſso ríki margir konungar. Enn þó geriz þat nú miklo meira vandrædi enn fyrr hefir verit; því ver höfom her til nád í fridi at ſitia fyrir útlendom höfdingiom; enn nú ſpyriom ver hitt, at Noregs konungr ætli at hería á hendor oſs. Oc er mönnom þó grunr á, at Svía konungr muni oc til þeirrar ferdar rádaz. Enn Knútr konungr er nú á Englandi. Sídan bar Jarl fram bref oc innſigli Knútz konungs, þau er ſönnodo

HORDA-KNUTUS IN REGEM ACCEPTUS.

Ulfus Jarlus, (Thorgilſi) Sprakaleggi filius, relictus fuerat in Dania, regnum iſtud tuiturus, quo tempore Knutus Rex in Angliam abiit, qui Ulfi Jarli fidei filium ſuum commiſerat, Horda-Knutum dictum; id quod præterlapſa æſtate factum erat, ut ſupra eſt ſcriptum. Hic autem mox indicat Jarlus, ſibi in mandatis dediſſe Knutum Regem, à ſe digreſſum, idque juſſiſſe, ut Dani Horda-Knutum, Knuti Regis filium, in imperii Danici Regem acciperent, ſibi eam ob cauſam in manus traditum: „tam ego, inquiens, quam multi alii hujus regni incolarum atque Satraparum, coram Rege Knuto, ſumus ſæpius queſti, incolis regionis hujus rem videri ingentis periculi, Rege ejusque præſentia hic carere, cum priſcis Danorum Regibus ſat honoris atque potentiæ ſit viſum, unius Daniæ imperio præeſſe. Priſci autem ævi temporibus, huic regno multi Reges imperarunt; nunc tamen multo majori, quam olim, periculo ſumus objecti: hactenus enim nobis licuit, per exteros Principes, pace frui; at nunc nobis fert fama, nos bello aggredi Regi Norvegiæ eſſe propoſitum, cujus expeditionis etiam ſocium futurum Svionum Regem, ſuſpicantur multi. Nunc autem Knutus Rex in Anglia commoratur.“ His dictis, literas atque ſigillum Knuti Regis exhibuit Jarlus,

quæ

odo allt þetta er Jarl bar upp. Þetta erendi ſtuddo margir adrir höfdingiar; oc af þeirra fortölom allra ſaman, red mannfólkit þat af, at taka Hörda-Knút til konungs, og var þat gert á því ſama þíngi. Enn í þeſſari rádagerd hafdi verit upphafsmadr Emma drottning; hafdi hon látit gere bref þeſsi, oc látit innſigla; hafdi hon med brödgom nád innſigli konúngs: enn hann ſiálfr var leyndr þeſso öllo. Enn er þeir Hörda-Knútr oc Úlfr Jarl urdo þeſs varir, at Olafr konungr var kominn nordan or Noregi, med her mikinn, þá fóro þeir til Jótlands, þvíat þat er meſt megin Danavelldis: ſkáro þeir þá upp herör, oc ſtefndo ſaman her miklom. Enn er þeir ſpurdo at Svía konungr var oc þar kominn med her ſinn, þá þóttoz þeir eigi ſtyrk til hafa at leggia til bardaga vid þá báda. Þó helldo þeir ſamnadinom á Jotlandi, oc ætludo at veria þat land fyrir konungom. Enn ſkipaherinn drógo þeir allan ſaman í Limafiörd, oc bido ſva Knúts konungs. Enn er þeir ſpurdo at Knútr var veſtan kominn til Limafiardar, þá gerdo þeir ſendimenn til hans, oc til Drottningar Emmo, oc bádo at hón ſkylldi verda vís, hvart konungr var þeim reidr edr eigi? oc láta þá þeſs verda vara. Drottning ræddi þetta mál vid konung, oc ſegir at Hörda-Knútr ſon þeirra villdi bæta

quæ locutus fuerat vera eſſe, ſigna atque teſſeras. Hujus negotii ſvaſores adjutoresque multi etiam alii Satraparum erant; quorum auctoritate omnium motus populus deliberatum habuit atque ſtatutum, ut Horda-Knutus in regnum acciperetur; id quod comitiis iisdem factum proceſſit. Hujus autem conſilii princeps & caput Emma fuerat Regina: illa has litteras ſcribi & ſignari curaverat; illa ſigilli Regis dolis compos facta fuerat, cui ipſi hæc omnia erant occultata. Cæterum Horda-Kuutus atque Ulfus Jarlus, certiores facti, à borea ex Norvegia ingenti cum exercitu veniſſe Olafum Regem, ad Jotlandiam profecti, quæ regio præcipuum erat imperii Danici robur, ſigno belli notata atque miſſa ſagitta, copias ingentes contraxere; aſt ubi fama accepere, Svionum quoque Regem illuc (ad Daniam) ſuo cum exercitu acceſſiſſe, ad manum cum utroque conferendam ſibi vires non eſſe rati, copias tamen in unum collectas habuere in Jotlandia, regionem iſtam contra Reges defenſuri; totaque navium claſſe in ſinum Limicum contracta, adventum Knuti Regis ibi exſpectabant. Quem ab occidente ad Sinum Limicum perveniſſe ubi cognovere, miſſis tam ad eum quam ad Reginam Emmam nuntiis, hanc rogaverunt, vellet explorare, an Rex ſibi iratus eſſet, nec ne? remque exploratam ſibi indicare. Re hacce cum Rege communicata, dixit Regina, Horda- A. D. 1127.

A. D. 1127. öllo Því, sem konungr vildi, ef hann hefdi Þat gert, er konungi Þætti ímóti skapi. Hann svarar, at Hörda-Knútr hafdi ecki sínom rádom framfarit: hefir Þat sva tekiz, qvad hann, sem van var at, er hann var barn oc óviti, er hann vildi konungr heita, oc vanda nockorn bar til handa hönom, at land Þetta allt mundi herskilldi farit, oc leggiaz undir útlenda höfdingia, ef eigi qvæmi varr styrkr til. Nú ef hann vill nockora sætt vid mic gera, Þá fari hann á fund minn, oc leggi nidr hegóma nafn Þat, er hann hefir sic konung látit kalla. Sendi sídan drottning Þessi sömo ord til Hörda-Knútz, oc Þat med, at hon bad, at hann skylldi Þessa ferd eigi undir höfot leggiaz; sagdi sem var, at hann mundi eigi styrk til Þess fá, at standa á móti fedor sínom. Enn er Þessi ordsending kom til Hörda-Knútz, Þá leitadi hann ráds vid Jarl, oc vid adra höfdingia, Þá er med hönom voro. Enn Þat fannz brátt, Þegar er landzfólkit spurdi, at Knútr hinn Gamli var kominn, Þá dreif til hans allr múgr landsins, oc Þótti Þar trausst sitt allt. Sá Úlfr Jarl, oc adrir felagar hans, at tveir varo kostir fyris höndom, annathvart at fara á fund konungs, oc leggia allt á hans valld; edr stefna af landi brott elligar. Enn allir fýsto Hörda-Knút et fara á fund födor síns,

Horda-Knutum, filium suum, præstita satisfactione, modo quo ipse vellet juberetque Rex, omnia velle resarcire, si qva commissset, qvæ Regi displicerent. Ad qvæ respondit Rex, suo consilio hæc non feciſſe Horda-Knutum: „processit hic res, inqviens, modo, qvo exspectari potuit, homini infanti, nec ullam rem sapienti, qvi titulo Regis insigniri voluit, ut simul ac res ejus periculo fuissent objectæ, tota hæcce regio armis & populationibus hostium exposita, exterorum Principum imperio subjiceretur, nisi nostrum auxilium & nostræ succurrerent vires. Qvodsi qvam igitur mecum inire vult reconciliationem, me conveniens, vanum qvo se Regem vocari jussit, deponat nomen.“ Nuntium, hæc eadem ferentem, postea ad Horda-Knutum misit Regina, addito mandato, ut iter hocce non negligeret, monens qvod verum erat, non adfuturas ei vires, qvibus patri suo resistere posset. Ad Horda-Knutum hoc delato nuntio. Jarlum atqve alios Præfectos, qvi præsentes aderant, re communicata consuluit. Res vero brevi ita cecidit, ut qvam primum certiores fuere redditi incolæ, Knutum seniorem advenisse, tota populi ad eum confluueret multitudo, totum sibi ibi esse situm auxilium rata. Vidit (ergo) Ulfus Jarlus aliiqve ejus socii, duas adesse conditiones, vel ut Regem convenientes omnia ejus arbitrio permitterent & potestati, vel patriam exilio mutarent. Horda-Knuto autem svasere omnes, ut ad

patrem

síns. Red hann þat oc af. Enn er þeir hittoz, þá fell hann til fóta fedor sínom, oc lagdi innsiglit í kne hanom, þat er konungs nafn fylgdi. Knútr konungr tók í hönd Hörda-Knúti, oc setti hann í sæti sva hátt sem fyrr hafdi hann setit. Úlfr Jarl sendi Svein son sinn á fund Knúts konungs. Sveinn var systorson Knúts konungs; hann leitadi grida fedor sínom, oc sættar af konungi, oc baud at setiaz í gisling af hendi Jarls. Þeir Sveinn oc Hörda-Knútr voro iafnalldrar. Knútr konungr bad þau ord segia Jarli, at hann safnadi her oc skipom, oc færi sva til fundar vid konung, enn þeir ræddi sidan um sættir sínar. Jarl gerdi sva.

patrem se conferret; id quod, re delibera- A. D.
ta, is fecit. Cæterum ubi convenere, ad 1127.
pedes patris prolapsus (Horda-Knutus) genubus ejus imposuit sigillum, Regis titulo quod erat annexum. Knutus Rex, Horda-Knuti arrepta manu, in sede (Regia) eum collocavit, eodem in gradu, quem antea occupaverat. Ulfus Jarlus Sveinum filium suum misit ad Knutum Regem qui Sveinus erat Knuti Regis ex sorore nepos. Ille patri pacem à Rege & reconciliationem ut impetraret, semet pro Jarlo obsidem obtulit. Sveinus atque Horda-Knutus ejusdem erant ætatis. Knutus Rex ea mandata jussit Jarlo referri, ut coactis copiis atque navibus, ad Regem se conferret, quo facto, de reconciliatione se acturos. Mandato obtemperavit Jarlus.

AF HRIGGIARSTTKKI

Efter fall Haralds konongs fystiz Haraldr Gudinason sudr a England med her sinn, fyrer því at Jarl af Normandi var kominn sunnan um sæ med her mikinn, oc lagdi under sik allt land þar sem hann fór. Sá Jarl var nefndr Wilhialmr son Rodberts Lángaspiots. Rodbert var broder Emmo modor Jatvardar konongs oc taldiz Wilhialmr sömiligri til at taka arf Játvards konongs enn Haraldr, sa er sik hafdi svikit af rikino. Enn þannoc barsc at um svardagan, at þa er

EX HRIGGIARSTYKKI.

Post victoriam cæde Haraldi Regis partam, Haraldus Godini filius ad partes Angliæ meridionales castra movet adversus Normanniæ Jarlum, qui per mare magno cum exercitu illuc venerat obviaquæque subigens. Nomen Jarlo erat Wilhelmus filius Rodberti Longæspathæ qui frater erat Emmæ, matris Edvardi Regis, unde Wilhelmus se Haraldo propiorem esse duxit ad capiendam, post Edvardum hæreditatem, quam ille dolo adeptus erat. Ita vero res accidit, ut Edvardus, dum Angliæ imperaret, &

sine

A. D. Jatvardr Gudinaſon var konongr i Englandi oc var madr barnlaus þá ſendi hann Rodbiart Erkibiſkop af Kantarabyrge til Vilhialms frænda ſins i Normandi oc villdi han gera konong efter ſik, oc i annat ſinn ſendi hann ins ſama eyrendes til Vilhialms Harald Jarl ſon Godina oc Gydo Þorgils dottor; oc var Haraldr med Vilhialme um hrid oc mælto menn at hann legdi hug á cono Vilhialms oc veri þeirra áſt mikil oc grunar nu Jarlin af umrædom manna. Toko þat rád at Haraldr feſti ſer dottor hans oc færdi ſik ſva undan því ámæli er Vilhialmr Jarl hafdi han fyrer. oc á þat ofan ſvardí Haraldr Jarl Vilhiálmi eida at ſkrini Odmarus at hann ſkyldi alldregi vera í moti honom. Efter þat for Haraldr Jarl aftr til Jatvardar konongs oc var med honom oc tók konongdom efter han oc því þotti Vilhialme hann ganga á eidana þars Jatvadr konongr hafdi gefit honom konongdomen efter ſina daga. oc nú er þar til taka er Vilhialmr er cominn ſunnan a England — hann let binda vid merkiſitt ſkrin Odmarus's þat ſama er Haraldr Jarl hafdi ſvarit at ok er Haraldr ſá her Vilhialms ſagdi hann hvat er bundit vid merkit Vilhialms, oc er honom var ſagt þat, ſvaradi konongr at egi mætti þa undan komaz. Þar fell Haraldr Godina ſon &c.

ſine prole viveret, Rodbertum, Archiepiſcopum Cantuarienſem ad Wilhelmum cognatum ſuum in Normanniam mitteret, cupiens ut ſe mortuo in Regno ſuccederet. Secundo propter idem negotium Rex ad Wilhelmum miſit Haraldum Jarlum filium Godinæ & Gydæ Thorgilſis filiæ. Qvi cum aliqvo tempore apud Wilhelmum egerat, tulit fama eum conjugem Wilhelmi arcto nimis amore proſequi. Qvam ob rem id conſilii capitur, ut Haraldus filiam Jarli ſibi deſponderet, & ſic crimen a Wilhelmo objectum amoliretur. Cæterum Haraldus jurejurando ſuper Scrinio Odmari Wilhelmo pollicitus eſt, ſe nunqvam fore ejus inimicum. Qvo facto Haraldus ad Edvardum Regem reverſus, apud eum vixit, eoque mortuo ſucceſſit. Qvo Wilhelmus juramentum violari ratus præſertim cum dono Edvardi regnum accepiſſet. Ad Wilhelmum in Angliæ auſtrales partes delatum narrationis tela redit. — Illo ſigno alligari fecit ſcrinium Odmari, ſuper qvo Haraldus juramentum præſtiterat — Haraldus vero hoſte viſo qvid rei eſſet ſigno affixum percontatus, ut illius certior fit, ominatus eſt nullam fore elabendi opportunitatem. Ibi Haraldus Godini filius cecidit.

AF
KONGS-SKUGG-SIÓ.

I vatni þvi ſama, er ver nefndum fyrr, er Logherne heitir, þar liggur ey ein litil, er kaullot er Misdredan (*). Þar var einn heilagur madur, ſá er Diermicius het, oc hafdi hann ſer þar kyrkio, þá er hann ſat at. Enn i þá kyrkio, edr kyrkiogard, er hann vardveitti, þá mátti ecki kvennkvikindi þar íkoma; ok kunno þau öll vit þvi at ſiá; hvert-tveggia fuglar ok adrar ſkepnur, þau er mannvitslaus varo, þá kunno þetta var-azt ſua ſem menn, ok freiſtar ecki kvik-indi þar inn at gánga i kyrkiuna eda þann kyrkiugard, þat kvennkent er; ok aungo hlídir þo at freyſti.

Þar var ok enn i þvi landi hei-lagur madur einn ſá er Kævinus het, á bæ þeim er Glumelaga (**) heitir, ok var hann i þann tíma náliga ſem Einſe-tumadur, ok giördizt þeſsi atburdur i hanns tíma, er nu vilium ver fraſegia. Þat bar ſua til, at hann hafdi einn un-gann mann hiá ſer, frænda ſinn, þann ſem þionadi hanom, ok unni hann þeim ſveini mikit. Sveinn þeſsi tók at ſyki-azt fyrir hönum, oc vard ſótt hans ſva hörd, mikil, ok þung, at hann vard ban-vænn. Enn þat var i þann tíma um vorit i Martio mánadi, er ſóttir manna verda

EX
SPECULO REGALI.

A. D.

In ſtagno, cujus mentionem antea injeci-mus, Logherne dicto, inſularum eſt una Misdredan vocata, ubi ſanctorum quidam Diermicius templum, ubi permaneret, ha-buit: Idem vero templum, & quod ei ad-jectum eſt cœmeterium, nemini creaturæ fœmineæ fas erat ingredi, a quo & ſibi cavere animalia, aves & id genus reliqua, humanæ rationis expertia poterant, nec profecto eſt, quæ audeat ingredi, vel poſſit, etſi tentet, templum hoc aut cœmeterium ſe-quioris ſexus creatura.

Fuit adhæc in hoc regno unus e ſan-ctorum globo nomine Kævinus, villam Glu-melhagam inhabitans, fuitque propemodum Eremita, cum, quod mox narrabimus, eve-nit. Habuit forte apud ſe juvenem quen-dam ſibi conſanguineum, qui ipſi, cætera chariſſimus, famularetur. Aſt juvenis iſte tantum morbum contraxit, ut lethalis tan-dem videretur, eo quidem anni tempore, ni-mirum menſe Martio, cum morbi quam ma-

xime

(*) *Membr. Un. & al. Inisdedran, Iuisclod (v. Inhiskled-) rau, Inhiskladrau, Inhisolodrau, Inhisdradrau, Inhosdoran, Inholsdo, Inshodo, Miſolodrara, Nichisdodran ex variis librariorum conjecturis.*
(**) *Giraldo l. c. Glindelachan cf. p. 725. 729.*

A. D. verda ſem hættaztar. Enn þá geordiſt ſua til, at ſveinninn beiddizt af Kævino frænda ſínum, at hann ſkylldi gefa hannom epli, ok ſagdi, at ſótt ſín mundi þá lettari, ef hann fengi hanom þat hann beiddizt; enn til þeſs var þa ecki líkligt i þann tíma, at þá mundi epli fázt; þviat þá hit fyrrſta tók, brum at þrútna um vorit á aullum aldinvidi til laufs. Enn fyrir þvi hinn helgi Kævinus harmadi ſiukleika frænda ſíns miök, ok þat annat, at hann mátti eigi þat hanum fá, er hann beiddizt; þá fell hann til bænar, ok bad þeſs Gud, at hann ſendi þeim nockora þá luti, er frændi hanns tæki huggun af þvi, ſem hann gyrntizt. Enn at lokinni bæn, þá geck hann ut ok fázt um; enn ſkamt frá húſi hanns ſtod píll einn mikill at vexti; enn hann leit uppi kviſtu pílſins, ſua ſem væntandi miſkunar þadan, edur nockurrar huggunar; þvi nærſt ſá hann at vaxin voru epli á píli þeim, ſua ſem vera mundi á apaldri i tíma ſinn rettan, ok tók Kævinus þar af þriu epli oc færdi ſveininum. Sem ſveinninn hafdi bergt af þeim eplum, þá tók ſótt hanns at lettazt, ok vard hann heill. Enn píll ſá hefer jafnan haldit ſídan þeirri giöf, er Gud gaf hanom þá, þviat hann ber á hverio ári epli ſem apalldur, ok heita þau um allt Irland ſídan, met þeim hætti, at menn eta þar af, éf þeir verda ſiukir;

xime periculoſi ſunt: Juvenis porro iſte Kævinum cognatum ſuum rogavit, ut daret ſibi pomum, quo gravitatem morbi levaret: eo autem tempore poma non facile acquiri poterant, nam vere tam novo frondeſcere arbores primum cæperant. Sed cum ſanctus ille Kævinus morbum conſanguinei ſui doleret, &, quod juvenis petiit, acquirere non poſſet, ad precandum ſe proſtravit, Deumque petiit, ut aliquid, quod cognato ſuo ſolamen adferret, daret: poſt precationem exiit domo, & circumſpiciens vidit arborem magnam, quæ Salix dicitur: cujus ramuſculos, ſolatium velut exſpectaturus, cum inſpiceret, poma, eorum ad inſtar, quæ juſto tempore maturuerunt, eidem arbori enata obſervavit, quorum tria decerpſit, juvenique attulit. Ubi vero juvenis partem pomorum comediſſet, morbo ſenſim levari ſeſe ſenſit, priſtinæ deinceps ſanitati reſtitutus. Arbor vero hæc iſthoc Dei dono etiamnum gaudet, nam quovis anno mali inſtar poma fert, eaque vocantur ex illo tempore ſancti Kævini poma, perque totam Hiberniam circumferuntur, ut qui morbo quodam laborant, comedant ea:

notum-

ſiukir; ok þikiazt allir menn fródliga vita, at þau ero gód vit aullom ſiukleika manna, enn ecki ero þau gyrnelig til áts fyrir ſætleika ſakir, ef menn hefdi þau eigi meir fyrir lækninga ſakir. Margir lutir hafa þeir þar ordit, er helgir menn hafa ſkiótliga giört met ſínom krapti; enn ver haufom um þá eina luti rædda, er met þeim heilagleik varo giörſir; at þar ſtanda enn i dag, ſem firſta dag er þeir urdo. Enn þeir adrir lutir, er menn hafa víſt fyrir ſatt, ok fyrir ſanna luti ero hafdir, þá meigom ver þá ok vel ſína.

Þar er ok i þvi landi ſtadur ſá einn, er Themar er kalladur, ok var ſá ſtadur ſua fordum, ſem hann væri haufotſæti ok kongs-borg, enn hann er nu þó audur, fyrir þvi at menn þora ecki at byggia hann: Enn ſá atburdur giordizt til þeſs at ſtadurinn vard audur, at allt folkit, þat er í var landinu, trudi þvi, at ſa kongur, er þar ſæti, at þeim ſtad, ſkylldi jafnan dæma retta dóma ok aungvann annann. Enn þo at þeir væro heidnir annarzkoſtar, ok hefdo eigi retta tru til Gudz, þá höfdo þeir þó þenna átrunat ſua ſtadfaſtann, at þeir hugdo þat hvervetna rettdæmi vera, er ſá kongur dæmdi, ok alldrei hugdo þeir at rángur dómur mundi dæmazt á þvi kongs-ſæti. Enn þar ſem hæd þótti borgarinnar vera, þá átti kongurinn þar

notumque variorum relationibus, quod admodum ſalubria ſint pharmaca contra omnes hominum morbos: Interim dulcis eadem non commendat ſapor, ſed vis medendi, ut imprimis appetantur. Multa profecto ſunt, quæ ſancti viri ſua virtute cito effecerunt, verum ea tantum nunc attulimus, quæ ad hodiernum tempus talia exiſtunt, qualia ab initio facta fuerunt: reliqua, quæ & certa & comperta vulgo habentur etiam enarrare poſſumus. A. D.

In hoc regno etiam locus eſt Themar dictus, olim primaria urbs, regiaque ſedes jam vero ob metum hominum deſertus; eam vero ob cauſam non incolitur, quod ſequens caſus accideret: omnes regni incolæ credebant regem, qui in illa urbe ſedem haberet, nunquam non juſte judicaturum. Quamvis autem incolæ Chriſtiana religione non fuerint imbuti, tamen ſumma cum perſvaſione credebant lites a rege, dicta in civitate reſidente, ſecundum juſtitiæ regulas dirimi, & in ſede illa regia, quæ a juſtitia abhorrerent, exerceri non poſſe judicia. In editiore quopiam civitatis loco ſplendidum & tantum

A. D. kaſtala fagrann ok vel georſann, í þeim kaſtala átti hann ſagra haull ok mikla, ok i þeirri haull var hann vanur at ſitia yfir dómum manna. Enn ſua giördízt til, at þau mál komo fyrir kóng, ok i hanns dóm, er annan veg áttu vinir hanns ok kunnir menn lut at, ok villdi hann þeirra máli fylgia ok fulltíngia um alla luti; enn annann veg áttu at málinu lut þeir menn er hanom var illa vit, ok hann var þeirra mikill úvin: ok geordizt þá ſua til, at kongurinn halladi dóminum eptir vilia ſínom, enn eigi eptir rettindum. Enn fyrir þvi, at þadan kom rángdæmi, er aull alþída hugdi at rættdæmi mundi koma, þá ſneri um ſæti þvi, fyrir ſakir átrunadar folkſins, ok ſneriſt þá haullin um, ok kaſtalinn, met aullom ſinom grundvelli, ok ſva jördin, þviat þat ſnerizt upp, er adur viſsi nidur, ok hefir ſua verit ſidan. Enn fyrir þvi at ſua mikill undarligleikur vard, þá þora menn eigi ſidan þann ſtad at byggia, ok eingi kongur þorir ſídan ſitt ſæti þar at ſetia, ok er þar þó hinn fegurzti ſtadur, er á þeirri jördu er, ok menn vita. Þat er ok mælt, ef menn villdo þann ſtad byggia, at ſá dagur mundi ecki yfirkoma, at ecki mundi meiga ſiá nítt undur.

tantum non Dædaleum caſtellum Rex, & intra caſtelli ſepta palatium ſtructura & nitore ſuperbum habuit, ubi ſolebat litibus incolarum componendis præeſſe; ſed, ubi aliquando, lites ad eum deferrentur dijudicandæ, ex una parte amicorum & notorum, cauſis Rex maxime favit, ex altera vero inimicorum, & in quos hoſtili erat animo & Rex ſuæ propenſioni, non autem juſtitiæ facturus ſatis, injuſtam ſententiam ferret, & ubi, contra omnium exſpectationem, iniquitas ſacrum themidos ædem videretur occupaſſe; mox, ob religioſam populi fidem, tribunal, palatium, caſtellum, ejusque fundamenta & locus ipſe ſubvertebantur, cujus veſtigia hodieque apparent. Tanto prodigio perterriti ibidem habitare aut ſedes figere nec ſubſequentes Reges, nec incolæ, locus quamvis omnium amoeniſſimus ſit, audent; narratur quoque, quod ſi quis eundem locum incolere præſumat, quotidie nova prodigia proveniant.

SUC-

SUCCESSIO REGUM NORVEGIÆ AD SVERRERI TEMPORA.

Haraldus Pulchricomus, filius Halfdani nigri naſcitur 853. expeditionem facit in mare occidentale 888. alteram in mare occidentale 932. Expeditionem in Orcades & Scotlandiam 895, dedit Thorgilſo & Frodio naves ut piraticam exercerent in Scotlandiam, Bretlandiam & Hiberniam; Hic Thorgilſius poſtea fuit Rex Dublini.

Filios multos habuit; Qvorum nomina; Olavus, Biörnus, Sigtriggus, Frodius, Thorgilſius, Dagus, Hringus, Ragnarus, Hræreku‹s›, Guttormus, Gudraudus, Halfdanus niger, Halfdanus albus, Sigraudus, omnesqve poſt eum Reges.

Haraldo regnante *Rollo* (Gaungu-Hrolfr) filius Rognvaldi Moriarum Comitis ex Norvegia exul. 895. In Hæbudes expeditionem facit 896, in Angliam trajecit, Normanniam, (Nevſtriam) aggreditur, & vi cepit.

Erikus Blodöxe filius Haraldi, ejusqve Succeſſor naſcitur 898, ex patria profugus, in Orcades, Scotiam & Angliam trajecit, ibiqve aliqvamdiu populatus Northumbriæ ab Adalſteino præficitur unde poſt Adalſteini mortem expulſus, prælio in Anglia cecidit. Ejus & Gunnhildæ filii fuere: Gamlius, Guttormus, Haraldus, Ragnfredus, Erlingus, Gudrödus, Sigurdus Slefa, hi etiam poſtea in Hibernia & Scotlandia bella geſſerunt.

Hacon Bonus filius Harald i Pulchri comi, poſtea dictus Adalſteini alumnus naſcitur 923, mittitur in Angliam ad Regem Adalſteinum 931, patre mortuo in Norvegiam revertitur.

Triggve Olafi, filii Haraldi, in Vikia regnavit, eo tempore, qvo Sigurdus comes Throndheimi præfuit.

Haraldus Gráfeldus Erici filius naſcitur 934, una cum fratribus in Anglia educatus eſt, poſt cædem patris inde ejecti, in Orcades, dein in Daniam, ſe receperunt. NB. Scotiam vaſtavit teſte Kormaki Saga.

Hacon Hladenſis (comes) filius Sigurdi Comitis Trondheimi, naſcitur 938 tributa ex Hæbudibus per Thorgilſum Orrabein, & Olafum album exegit; vide Flöamanna Saga.

Olafus Triggvi filius naſcitur 969 regno Norvegiæ nondum potitus, Hiberniam & Angliam, Northumbriam, Scotiam & Hæbudes, armis infeſtavit.

Ericus Haconi filius naſcitur 969. â Canuto Magno Rege Daniæ, expeditionis Anglicanæ comes adſciſcitur, & poſt res bello in Anglia præclare geſtas obiit

obiit Londini, vide Knytlinga Saga, Eigla, Olafs Tryggveſens Saga.

Hacon Comes, *Erici* filius, naſcitur 998, in Angliam profectus, naufragio ibi vitam finivit.

Olafus Sanctus (filius Haraldi Græníki) naſcitur 993, multa illi cum comitibus Orcadenſibus negotia fuere, bellum geſſit in Hringmaraheydi (teſqvis) in terra Ulfkeli, cum Rege Adalrado Londinum expugnavit 1008.

Cum filiis Regis Adalrádi tunc mortui, Hungofurdo loco ad Angliam ſappulit, civitatemqve ibi expugnavit, dein Northumbria prælio congreſſus eſt cum civibus & mercatoribus. Eo in Norvegia regnante Einarus Comes interfecit Eivind Urarhorn venientem ex Hibernia.

Magnus Bonus, filius Olafi Sancti, natus 1024, in Angliam legatos miſit regnum poſcens: ſub ejus imperio Kalfus Arnæ filius piraticam exercuit in Hibernia, Scotia & Hæbudibus.

Haraldus Severus (frater Olafi ſancti, qvia Aſta mater Olavi iterum nupta eſt Sigurdo Syr Regi Ringiarikæ, cujus filius Haraldus) natus 1016. In Angliam ſvaſu Toſti Comitis cum exercitu Norvegico trajecit, cum civibus Scardaborgi prælium iniit, civitatemqve vicit, poſtea promontorium Hellornes appulit, ibiqve alterum bellum geſſit, in fl. Abo (Humber). prælium geſſit cum Maurakára & Valthioſo comitibus eosqve vicit; Poſtremo apud civitatem Eboracum, apud pontem Stanfordenſem (Battlebridge) bellum geſſit cum Haraldo Godvini filio, ibiqve cecidit cum Toſta comiti, & Eyſteino Orrio comiti Hæbud. 1066. Tempore illius Guttormus filius Ketilli cognomine Kálfr bellum geſſit cum Rege Hiberníæ Margado, eumqve vicit.

Olafus Tranqvillus, filius Haraldi ſeveri, natus circa annum 1150, pacem ab Haraldo Godvini filio nactus, Angliam reliqvit, hyemem transigit in Orcadibus, & ſeqventi vere cum Schulio Toſti filio & Ketillo Krok, funus patris in Norvegiam traducit. NB. Fratrem habuit Olafus nomine Magnum, qvi aliqvamdiu cum ipſo regnavit. Hic Magnus habuit filium nomine Haconem (Thoreri alumnum) qvi cum Magno Nudipede duos annos regnavit.

Magnus Nudipes filius Olafi Tranqvilli, natus 1073, duas vel tres expeditiones in Hiberniam, Scotlandiam, & Hæbudes, circa annos 1098 & 1102, ſuſcepit; Tandem inſidiis Regis Mirhiartaki interceptus in prælio occubuit, unacum Erlingo Orcadenſi, Eivindo Olbogio, Ulfo Hranii filio, die 24 Auguſti 1103.

Tunc fiunt in Norvegia tres Reges, filii nempe M. Nudipedis.

Eiſteinus naſcitur 1089.

Olafus

Olafus, 1099.

Sigurdus Hierofolymipeta, 1090; Orcadibus â patre Regis nomine præfectus, poſt cædem patris in Norvegiam trajecit.

Haraldus Gilli, filius M. Nudipedis in Norvegiam venit ex Hibernia 1126. Cum eo aliqvod temporis ſpatium regnavit *Magnus cæcus*, filius Sigurdi Hieroſolymipetæ.

Sigurdus Slembediákn (filius Thoræ, ſororis matris Olafi, filii Magni Nudipedis) in Orcadibus & Scotia diu moratus, circa hoc tempus in Norvegiam venit. Rex in Nordhordia & Sognia agnoſcitur poſt necem Haraldi Gilli. Tunc iterum tres fratres Norvegiæ præfuere Regis titulo.

Sigurdus Bronchus, filius Haraldi Gilli naſcitur 1132.

Ingi, etiam Haraldi filius, natus 1135.

Eiſteinn Gilli, Haraldi fil. ex Scotia in Norvegiam venit, & tertiam regni adipiſcitur partem, 1142. NB. Magnus, Haraldi qvartus filius, etiam cum his tribus aliqvamdiu regnavit. Hic Eiſteinus Gilli, in Hibernia natus & educatus, in Scotiam & Angliam expeditionem ſuſcepit piraticam, in locis Aperdoniæ, Hartepol, Vithby, Scarborough, Langton Angliæ loca depopulatur 1153.

Hacon Humeroſus filius Sig. Bronchi, naſcitur 1147, poſt hos tres v. qvatuor Reges ſolus regnat.

Magnus Erlingi Schakki naſcitur 1156, ejus pater Erlingus Skakki, a Valdemaro primo Daniæ Rege comitis nomine donatur 1171, ejus tempore *Sigurdus*, *Sig. Bronchi* fil. in Upplandis Rex eligitur 1162.

Eiſteinn Archiepiſcopus, in Anglia moratus eſt, bello inter Magnum Erlingi & Sverrerum flagrante.

Olafus Eiſteini Regis ex filia nepos Rex eligitur 1166.

Eiſteinn (Eiſteini fil.) cognomine Birkebein, (Betullipes) in Norvegiam venit 1173, & Rex in Vikia eligitur 1176.

Haraldus Sig. Bronchi ex Chriſtina Erlingi uxore filius, Magniqve Regis frater uterinus, ab Erlingo *interficitur* 1172.

Sverrerus naſcitur 1151, (Sig. Bronchi fil.) in Orcadibus perduelles vulgo Gullbeyna (auripedes) prælio vicit, deinde adverſus comitem Orcadenſem perduellionis poſtulatum infeſtis armis proficiſcitur: In Norvegiam ex inſulis Færöenſibus venit Sverrerus, Norvegiæ deinceps Rex 1176. Birkibeyni illum ſibi Regem præficiunt 1177.

Stemma Sitrici Regis Northumbriæ A. 926.

	ob. circa.
Godred r. North. & Dub.	948
Haraldus.	
Godred f. Haraldi. -	989
Reginald. - - -	989
Harald niger de Irl. -	1066
Godred cronan r. Man. & Dub.	1072
Anlaph r. Hibern. - -	981
Sigtryg r. Dublini -	1029
Anlaph r. Dubl. -	1035
Sitrici r. Dubl. - -	1042
Anlaph. r. Dubl. -	1042
Godred r. Man. - -	1066
Fingal r. Man. -	1066

Stemmata regum *Manniæ* & dominorum *Insularum.*

Stemma Norvegicum.

	ob. circa.
Lagman f. Godred. -	1096
Olave Klining f. Godr.	1142
Godr. r. Man. & Dubl.	1187
Reginald f. Godr. .	1228
Olave f. G. incarcer -	1237
Godred Don. f. Ola. -	1230
Harald frater ejus. - -	1249
Reginald frat. ejus. -	1249
Magnus frat. ejus. - -	1265
Godred f. Magni.	
victus a Johanne de Vescy duce exercituum Alex. regis Scotiæ. - - -	1265

Stemma regum Insularum.

Gil-adomnan.	
Gil-Ebride.	
Somerled - -	1164
Dougâl r. inf. . .	1156
Dongal r. Hebud. - -	1229
Duuchad r. Hebud. - -	1229
Ospac Haco r. Hebud.	1230
Somerled r. in Insulis. -	1229
Johannes sive Oenus. -	1263
Dugâl r. in Insulis. -	1263
Somerled occisus. - -	1230

Episcopi Hæbudum sive Sodorenses. Ex Annal. Island.

Nemar circa - -	1180
Kolius. - - -	1210
Simon. - - -	1249
Marcus. - - -	1275

Stemma Scoticum.

	ob. circa.
1. *Frisgyn de Moravia floruit A.* 1148.	
2. *William.*	
3. *John Sherif of Perthsh.* -	1225
4. *Malcolmus.*	
5. *William.*	
6. *Wil. Baro de Tul-y-bherdin.*	
7. *Andreas.* - - -	1332
8. *William.*	
9. *John.*	
10. *Walter.* - -	1390
11. *David.* - -	1446
12. *William.*	
13. *William.* - -	1509
14. *William.*	
15. *William.* - -	1562
16. *William.* - -	1583
17. *Johan. Comes de Tul-y-bherdin.*	
18. *William.*	
19. *John Atholiæ. comes.*	1642
20 *Joh. Atholiæ. marchio.*	1703
21. *Joh. Atholiæ. dux.* *Jacobus d. Ath. & 1. Dom. Man.*	1760
22. *Georgius. fil. 5tus. Jo.*	
23. *Johannes. f. Geo.*	
24. *Johannes Dux Atholiæ, Marchio de Tullybardin Primus comes de Strange Dominus Manniæ & Insularum. &c. &c. natus die 30 Junii* 1755.	

Stemma Comitum Orcadensium ab A. 888.

	ob. circa.
1. *Rognvald f. Eystein.*	
2. *Sigurd f. Eystein.*	
3. *Gutorm f. Sigurd.*	
4. *Hallad f. Rogn.*	
5. *Torf-Einar Rogn. f.*	
6. *Arnkell Einaris f.*	
7. *Erlend Einaris f.*	
8. *Thorfin Craniorum sector f. E*	1004
9. *Arnfin Thorfinni f.*	
10. *Havard Thorfinni f.*	
11. *Lödver Thorfinni f.*	
12 *Liotus Thorfinni f.*	
13. *Skuli Thorfinni f.*	
14. *Sigurd crassus Lödv. f.*	
15. *Somerled Sigurdson.*	1013
16. *Einar Rangmudur Sigurdson.* - - -	1020
17. *Brusi Sigurdson.* -	1033
18. *Thorfin Sigurdson natus* 1008. - - -	1064
19. *Rögnvaldr Brusason.*	1046
20. *Paull Thorfinson* -	1099
21. *Erlendr Thorfinson.* -	1099.
22. *Erlingr Erlendson.*	
23. *Hacon Paulson.* -	1110
24 *Magnus Erlends.*	
25. *Haraldr Hakonson.* -	1135
26. *Paull Haconson.* - -	1157
27. *Erlendr fil. Haraldi svaviloqui.*	
28. *Kolur Kalison.* - -	1158
29. *Harald Maddadson natus* 1135.	1206
30. *Harald Erici Slaghrellis fil.*	
31. *David Haraldson.*	1231

Episcopi Orcadenses. Ex Annal. Island.

Wilhelmus. - -	1168
Wilhelmus II. - -	1188
Biarnius. - - -	1222
Jofreyr. - - -	1246
Hervius. - - -	1248
Henrikus. - - -	1269
Petrus. - - -	1284
Dolgfinnus. - -	1286

INDEX CAPITUM.

SECUNDUM AUCTORES EX QVIBUS SUNT DESUMTA.

EX SNORRONE.

Pag.

De Haraldo Harfager Rege, totius Norvegiæ Monarcha. - - - 1
De liberis Haraldi Regis. - - - 2
Haraldi Regis in Occidentem Expeditio. 3
Hrolfus (gaungu) in exilium Actus. - 5
Ortus & incrementa Torf-Einaris Orcadum Jarli. - - - - 7
Haraldus Rex & Einarus Jarlus reconciliati. 10
Haraldus regnum inter suos partitur filios. 12

EX LANDNAMABOC.

De Islandiæ inhabitatione. - - 14

EX SNORRONE.

Legati ab Adalsteno Rege missi. - - 28
Iter Hauki ad Angliam. - - 29
Hakonus Adalsteni Alumnus Baptismo lustratus. 30

EX EGILLI SKALLAGRIMI SAGA.

De Adalsteino Anglorum Rege. - - 31
De Olafo Qvaran Scotorum Rege. - 32
De Comparatione Copiarum. - - 34
De Prælio Brunanburgensi. - - 42
Cædes Thorolfi. - - - 46
Egillus Thorolfum humavit. - - 50
Carmen Auctoris Anglosaxonici. Ex Edm, Gibsonii Chronico Anglosaxonico. - 56

EX SNORRONE.

Rex summus creatur Eiricus. - - 61
Eirikus Rex ex Regno factus profugus. 62
Eiriki Regis Cædes. - - 64
Iter filiorum Gunnhildæ. - - 66
De Tryggvio Rege. - - 67
Egillus Ullsercus tumulatur. - - 67
Iter Olafi Regis de Vindlandia. - 68
Expeditiones piraticæ Olafi Regis Tryggvi filii. 69
Olafus Rex Tryggvi filius in Scyllingis sacro fonte ablutus. - - 70
Olafus conjugem duxit Gydam. - 72
Duellum Alfini & Olavi Regis. - - 74
Solenne Jomsvikingorum votum. - 76
Iter Thoreri Klakii ad investigandum Olafum Tryggvi filium. - - 78
Adventus Olafi Tryggvi filii in Norvegiam. 79

EX NIALA SAGA.

Perigrinatio Nialorum. - - 81
De Sigurdo Dynasta. - - 84
Prælium inter Dynastam & Comites. - 86

Pag.

EX SNORRONE.

Mors Sveini furcatæ barbæ. - - 89
Prælium. - - - 91
Prælium. - - - - 93
Prælia. - - - - 93
Prælium in Sinu Ringsfiörd - - 95
Prælia. - - - 96
De Rothomagensibus Jarlis. - - 97
Cædes Fatmundi. - - - 98
Prælium Regis Olavi- - - - 99

EX O. TRYGGVASONAR SAGA.

De Legibus a Svenone Rege latis. - 100

EX KNYTLINGA SAGA.

De Copiis Socialibus. - 103
Kanutus Rex Angliam subjugavit. - 104

EX NIALA SAGA.

Peregrinatio Karii - - 107
Cædes Gunnariis Lambii filii. - 110
De Prodigiis. - - - 114

EX O. TRYGGVASONAR SAGA.

De Sigurdo Dynasta ejusque Majoribus. 116
De Hlodvero & Sigurdo Crasso. - - 119

EX NIALA SAGA.

Pugna Brianica ad Cuain-Tarbh. - 120

EX KNYTLINGA SAGA.

Rex Kanutus Emmam uxorem ducit. - 129
De Rege Fatmundo. - - 129
De Comite Ulfone. - - 131
De Rege Canuto. - - 134
De Canuto Rege. - - - 135
De oppugnatione a Canuto Rege facta. 137
De pace inter Reges inita. - - 139

EX NIALA.

Cædes Koli Thorsteini filii. - - 140
De Flosio & Kario. - - 142

EX KNYTLINGA SAGA.

De Regis Svenonis in Norvegiam adventu. 143
De morte Canuti. - - - 145
De Rege Canuto. - - 145

EX SNORRONE.

De imperio Kanuti in Scotia. - - 148

EX KNYTLINGA SAGA.

De Canuto & Svenone. - - - 148
De Horda-Knuto. - - - 149
De divisione terrarum Regni Daniæ. - 150

EX SNORRONE.

De Einaro Jarlo & Brusio Jarlo. - 153

De

INDEX CAPITUM.

Pag.

De Thorkelo Amundi filio. - - 154
Pax inter Jarlos sancita - - 156
Cædes Eyvindi Urarhorn. - - 157
Cædes Enari Jarli. - - - 159
Pax inter Olafum Regem & Brusium Jarlum. 162
De Comitibus. - - - 167

EX ORKNEYINGA SAGA.

Rex Olafus ex Orcadibus nulla tributa obtinet. 171
Prælium fratrum Thorfinni & Rognvaldi. 179
Recensetur militia Thorfinni Comitis. - 181

EX SNORRONE.

De Magno Rege & Thorfinno. - 183
De Litteris Magni Regis. - - 184
Responsio Edvardi Regis. - - 185
De Guthormo Gunnhildæ filio. - 186
Negotium inter Guthormum & Margadum vel Murcheard. - - 187
De Angliæ Regibus. - - 189
De Haraldo Godvini filio - - 190
Mors Edvardi Regis. - - 191
Haraldus Godvini filius in Regem Angliæ acceptus. - - - 192
Iter Tostii in Daniam. - - 193
Iter Tostii in Norvegiam. - - 195
Somnium Gyrdii. - - - - 197
Somnium Thordi. - - 199
Somnium Haraldi Regis. - - 199
Prælium juxta Scarborough. - - 200
De Acie Jarlorum. - - - 201
Prælia juxta Humbrum ad Stanefordbrigge. 202
De Thostio Jarlo. - - 204
De Ascensu Haraldi Regis. - - 205
Consilium Tostii Jarli. - - 206
De Acie ab Haraldo Rege Ordinata. - 207
De Haraldo Godvini filio. - - 208
De colloqvio Imperantium. - - 209
Exordium prælii. - - - 212
Cædes Haraldi Regis. - - - 213
Orrii procella. - - - 214
De Styrkaro Aulæ Magistro. - - 215
De Wilhelmo Notho. - - 216
Cædes Haraldi Regis Godvini filii. - 2 7
Genealogiæ. - - - - 219
Iter Olafi Haraldi filii in Norvegiam. - 221
Comparatio inter Reges Olafum & Haraldum. 225
Conventus Regum Olafi Kyrre & Knuti sancti. 226
De Rege Olafo Kyrre. - - 228
Mors Olafi Regis. - - - 229
Exordium Regis Magni Nudipedis. - 230
Expeditio Magni Regis ad Insulas Sudören-

Pag.

sis i. e. Hæbudas. - - 231
De Lagmanno Gudraudi Regis Manniæ filio. 232

EX ORKNEYINGA SAGA.

Cædes Jarli Hugonis Magnanimi. - - 234

EX SNORRONE.

Mors Jarlorum Orcadensium. - 237
Hiberniam armis vexat Magnus Rex. - 239
Exscensio Magni Regis in Hibernia. - 240
Cædes Magni Regis ad Maghicobam. 242
De Jarlis Orcadensibus & adventu Haraldi Gilli in Norvegiam. - - - 244
Haraldus & Magnus pignore contendunt. 246

EX HRIGGIARSTIKKI.

De Sigurdo Slembidiákn. - - 249

EX ORKNEYINGA SAGA.

Cædes Thorkelis Fostrii. - - 250
De Comite Paulo. - - - 252
De Kalio & Gilla-Krist. - - 253
De Consiliis Koli nec non de captivitate comitis Pauli a Sveinone - - 254
Venit ex Scotia Jonas Episcopus Dunkeldensis. - - - - - 257
Incendium Frakarkæ. - - - 259
De comite Rognvaldo & Sveine Asleifæ. - 261
De Itinere Sveinis Asleifidæ. - - 262
De comite Rognvaldo & Orcadensibus. - 264

EX SNORRONE.

Eysteini Haraldi filii in Norvegiam adventus & Magni Haraldi filii initia. 266
Eysteini Haraldi Regis filii expeditio in Britaniam. - - - - 267

EX ORKNEYINGA SAGA.

De Rege Eysteine & de itinere Sveinis in Hiberniam. - - - - 270
Militia Sveinis Asleifidæ. - - 271
Incendium Episcopi Adami Cathanensis. 272

APPENDIX

EX SNORRONE.

De nuntiis Kanuti Regis. - - 275
De Olafo Rege & Önundo Rege. - 279
De nave Dracone Knuti Regis. - 280
Hörda-Knutus in Regem acceptus. - 282

EX HRIGGIARSTIKKI.

De cæde Haraldi Godvini filii. - 285

EX SPECULO REGALI.

De lacu Loch-Erne; ubi & de St. Kævino. 287
De Themar vel Temora palatio antiqvo regum Hiberniæ. - - - 289
Chronologia regum Norvegiæ, - - 291
Genealogiæ regum Manniæ, Ducum Atholiæ & Comitum Orcadensium. - - 294